


63


Abb. 10.







BREVIS ET  
ERVDITA ENARRATIO PRI-  
MÆ EPISTOLÆ PAULI  
APOSTOLI AD TIMO-  
*theum Scriptæ.*



HVIC ADIECTA SVNT  
SCHOLIA IN EPISTO-  
LAM EANDEM,

*D. DAVIDIS CHYTRÆI.*



FRANCOFORTI AD  
MOENVUM.

ANNO M.D.LXIX.

KÖN. PR. FR.  
UNIVERS.  
ZVHALLE

*Lib. 10*

3

# REVEREN<sup>3</sup>

DIS PIETATE ET DOCTRI-  
NA PRAESTANTISSIMIS VI-

*ris ac Magistris D. Hartmanno Beiero & D.*

*Matthiae Ritthero, Pastoribus ac Evan-*

*gelij Doctoribus in Inclyta Franco-*

*forto ad Moenum, suis Domi-*

*nis & Fratribus in Chri-*

*sto colendis.*



VM NVPER ME-

am promptam er-

ga vos, viri reueren-

di & doctissimi, vo-

luntatem declarare

voluiffem, accidit

tamē, vt nec in ea re

vtriq; noftrū parti fatisfactū fit, nescio

interim quibus de caufis. Nunc verò se-

cundò vel vt de nouo teftes hac infcri-

ptione meam erga vos obferuantiam,

mitto vobis modò cuiusdam viri docti,

(neque tamen quis ille & qualis fuerit,

nam commentarius ille apud me diu

delituit, nec fcire potui, vnde habue-

rim eum, vel per quem fit fiue fcriptus

A ij

fuo

siue dictatus ) enarrationes sanctas & eruditas in primam Epistolam Pauli ad Timotheum scriptam : & dignas equidem censeo easdem editione : A quocunq; tandem profectæ sint, certum est autoris nomen, si non hîc scribatur, in libro vitæ notatum esse. His adieci breuia, sed valde vtilia, scholia in eandem D. Davidis Chytræi, quæ ille aliquando dictavit in Academia Rostochiana, & quidam studiosi exceperunt & descripserunt, & ita etiâ illa ad me venerunt, quæ adiungo, & ignorante autore edipervos cupio. Quod quidem sanctum furtum, quo similiter in initio Evangelicæ doctrinæ vsus est Diuus Lutherus in edendis Philippi Melanthonis scriptis, etiam ignorante & reluctantante autore Philippo : quo etiam alij viri docti vsi sunt in D. Brentij scriptis: ignoscet mihi D. Chytræus, quia vt olim Samuel Isenmenger ante annos 12. ipsius commentarium in Mattheum Euangelistam edidit, & antea D. Simon Pauli eiusdem Catechesin: ita &



PRÆFATIO.

5

& ego hæc ipsius Scholia edo, hac saltem ratione, vt tandem ipse excitetur ad reliquas illas suas enarrationes, quas in tota penè Biblia & congeffit & dictauit in Scholis Theologicis, reuidentas & edendas. Si quid hîc desideret, si ieiuna & nimis breuia, si nondum illa esse reuifa conqueratur, hoc sibi vir præstantissimus & optimus imputet. Interim propterea vtrunq; cōmentariolum ad V. R. misi, vt vestræ limæ, iudicio & censuræ submitterem. Debuifsem quidem ipsi autori prius exhibere corrigenda Scholia, sed si id tentassem, nihil impetrassem. Annus iâ decimus est, cùm ipsius in Lucam & reliquos Euangelistas commentaria euulgari peterem à D. Chytræo, & tamen nihil istorum est editum. Si etiam autor conqueratur (puto R. clarissim. & præstantiss. Theolog. D. Chytræum) multorum cōmentaria super eandem Epistolam extare: Fateor equidem ingenuè Cinglij, Bullingeri, Caluini, Philippi, Crucigeri, Alesij & Georgij Maioris cōmen

A in taria

taria in eandem extare, & ex veteribus multi eam Scholijs illustrarunt. Sed quilibet abundat suo sensu, & diuersa in Ecclesijs sunt dona, ideo quilibet pro sua gratia Ecclesiæ inseruit: ita quædam & hîc dicuntur & explicantur, quæ fortè in aliorum scriptis non extant. Interea relinquitur vnicuiq; sua libera voluntas, vt quod velit eo vtatur, & quod placeat, legat & emat.

Si verò hi commentarij vestro iudicio satisfaciant ( quia vobis reuidendos & corrigendos offero ) viri humaniss. & præstantissimi, & existimetis istis iuari posse Ecclesiam, publicatę huiusmodi enarrationes, quæ donantur, mittuntur & inscribuntur vobis bono zelo ab amico vestri amantissimo: & mittitur quidem eius Epistolæ explicatio ad vos, in qua describitur Episcop⁹, id est, pastor Ecclesiæ, ( pastor enim est suæ Ecclesiæ inspector ) vt ita ego indignus pastor ad pastores tale munus ablegem, & meam erga vos obseruantiam & consensum in doctrina hac inscriptione declarem. Scio

Scio etenim tales vos Episcopos & Pastores esse, & in hoc adniti totos, vt semper fitis tales, qualem hîc describit Paulus: ideo etiam & vestra pietas ac vestra doctrina nomenq; aliquid autoritatis his scholijs addet. Ideo oro V. R. vt boni consulatis meū affectum: interim te vir Reuerende M. Hartmanne obtestor, vt nobis promissos publicè D. Ioannis Brentij commentarios, in primis in Ezechielem, cōquiras, & in vsum Ecclesiæ Christi lucidones quàm primū. Ego reuerenter saluto vestros collegas & symmistas, reuerendos, doctos & pios viros, D. M. Petrum Geltnerum senem veneranda canicie, M. Iacobum Arentium, M. Petrum Eltuedum, M. Thomam Leych, Dominos meos obseruandos, nec nō Euangelicæ Scholæ vestræ moderatorc̄ eruditiss. M. Hieremiam Hombergiū, meum amicū veterem, &c. & cupio istis omnibus hanc dedicatiunculam communem esse, Valet viri reuerendi & humanissimi. Datę Lemgouix Vuestphalorum; Anno

1568. in ferijs Pentecostes, quando datus est Spiritus Apostolis, qui quoq; corda nostra regat, vt semper salutaria in Christi Ecclesia operemur. Amen.

V. R. deditissimus Hermannus  
Hamelmannus Licentiatus  
Theologus.

In



9

# IN EPISTO

## LAMP AVLI AD TIMO- THEVM SCHOLIA.

**E**PIGRAPHIA EST, IN QVA  
de doctrina ambigatur, suam vo-  
cationem commendat, ac petit  
vt eum audiant tanquā Apostolū afferen-  
tem nō suam, sed Dei vocem: sicut igitur  
Prophetæ autoritatē sibi apud populum  
conciliaturi, his præfati sunt verbis: Hæc  
locutus est Dominus. Item, Os Domini  
locutum est. Ita Paulus suum Apostola-  
tum allegat, vt sibi fidem faciat. Est q̄ hoc  
loco animaduertendum vocationem mi-  
nisterij duplicem esse: immediatam, qua  
Prophetæ & Apostoli immediatē à Deo  
& Christo vocati sunt: & mediatam, per  
certa media, qua Episcopi ab Apostolis,  
Diaconi ab Episcopis, & alij ministri ab ijs  
penes quos fuit vocandi potestas, vocati  
sunt: sicut & hodie vocantur ministri Ec-  
clesiæ votis magistratuum, & quorum in-  
terest vocare, autoritate accepta ex pu-  
blico consensu. Qui plura desiderat de vo-  
catione ministrorum, consulat Lutherum  
in Commentario ad Galat. & Philippum  
in Epistolam Pauli ad Romanos commen-  
tantem.

A V      Αποστολος

## IN EPISTO. PAULI

Απόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Respicit Paulus ad suam vocationem, qua immediatè ab ipso Christo sedente iam ad dextram patris, in Apostolum vocatus est, vt legitur in Actis cap. 9.

Κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ.

Coniungit Paulus patrem & filium æquali potestate vnum Deum. Estq; argumentum diuinitatis in Christo. Pater namque per filium vocat Apostolos, vt certum sit illos & filij & patris verbum adferre mundo. Quod verò patrem saluatorem nominat, respicit ad æternam voluntatem patris in filio, per quem nos saluat. Christum verò spem nostram vocat, per quem scilicet bene sperare conceditur, cuius namque fiducia statuamus, certo speremus & expectemus æternam vitam. Estq; professionis suæ scopus, discernens Euangelium & eius ministerium à legis ministerio.

Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Quia eum fideliter instituit, & quasi filium regenerauit ad vitam æternam in Iesu Christo, vnde additur γνησίῳ, proprio, sincero & legitimo, vt qui doctrinam fidei & rectè percepit, & constanter retineat. Vnde docti ratioeinantur hanc Epistolam

Epistolam non solum ad Timotheum scriptam fuisse, sed multo magis ad reliquos Episcopos, quibus proponit Timotheum tantum absolutissime doctrinae fidei exemplar. Denique & hoc loco sciendum, fidei nomen generaliter poni pro cognitione doctrinae fidei, sicuti frequenter Hebraei vocabulum fidei pro veritate cognita & confessa accipiunt.

*Χάρις, ἔλεος.*

Effectui subiicitur causa. Ideo enim nos in gratiam recipit aeternus pater per filium, quia misericors est, hocque ordine precatur Paulus Timotheo, & omnibus lectoribus hanc Epistolam, Evangelii & ministerii sui beneficia a Deo patre & Domino Iesu Christo, scilicet misericordiam, quae sola est iustificationis causa. Gratiam, id est remissionem peccatorum & fauorem Dei, fiducia fidei Dei: & pacem, id est conscientiae tranquillitatem seu gaudium quasi fidei effectum.

*Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

*Κυρίου* reuerentiae pariter & omnipotentiae vocabulum est, sicut enim Deus aeternus pater Dominus est super omnia, ita & filium constituit super omnia. Sic Christus inquit Math. & Mar. ult. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Sicut misse  
me

me pater, ita & ego mitto vos. Huic itaq; Domino Iesu Christo cōfidamus oportet, qui omnipotentia suæ dominationis nos à peccato, Diabolo, morte & gehenna liberare potest, & vult omnes qui credim<sup>9</sup> in eum, vt huius quoq; omnipotentie & diuini verbi præcones per spiritū sanctum vtiliter & confidenter erudiantur tanquam Dei ministri &c.

*Καθώς παρεκάλεσα.*

Notetur hoc loco pia Pauli sollicitudo, qui sic laborat in Ecclesiis colligēdis, vt priores non reliquerit pastoribus destitutas. Incipit autem hic Paulus narrationē, dicturus de Episcopi officio, quod est vt doceat, & sit inspector doctrinæ, quò sana doctrina illibata conseruetur.

*Εν Ἐφέσῳ.*

*Ἐφεσος* minoris Asiæ Metropolis est, ubi emporium celeberrimum & templum Dianæ celeberrimum erat, antè dicta varijs nominibus Amazonis, Vrychia, Ortygia, Ptelis, Arzineæ, &c. Hæc Volaterranus li. 10. Geographiæ. Huius meminit & Paulus Act. 18. 1. Cor. 16. Et Diuus Ioannes in Apocalypsi 1. & 2. Capite.

*Ἰνα παραγγείλῃς.*

Hoc verbo Paulus potestatem Timotheo tribuit cogcendi falsos Doctores, qui puram doctrinam adulterabant.

*Ἐτερο*



*Ἑτεροδιδασκαλείν.*

Id est, non secus docere, seu non diuersam doctrinam tradere, vt accipiatur non de auditoribus, sed de doctoribus, qui ambitionis causa purum Euangelium nouis & aduenticijs figmentis & prophanis speculationibus obscurare & corrumpere studebant.

*Ἐλλῆσις, ἢ.*

Ellipsis est secundum Atticos vocis ὅτι οὖν.

*Οἰκοδομίαν.*

Hebraismus est pro magis, id est, aliud quam ædificationē diuinā. Hebræi enim quia carent possessiuis, loco eorum substantiuis vtuntur, vti imago Dei, id est imago diuina. Si ædificatio Dei, id est ædificatio diuina.

*Τὴν ἐν πίστει.*

Hæc appositorie dicuntur interpretationis causa. Ostendit enim quæ sit diuina ædificatio, nempe quæ in fide existit. tanquã causa instrumentali iustificationis apprehendente promissam Dei misericordiam in filio Dei, quam deinde sequuntur sui affectus, charitas & spes. Ex hac deinde clausula Theologi in docendo regulam concipiunt, non nisi vtilia esse docenda, quæ ad pietatem & salutem erudiant, refecatis inutilib. quæ magis implicent conscientias, quam expediant aut consolentur.

Tò δὲ

Finis præcepti est charitas, q. d. Lex ad-  
 uersarijs tuis nihil suffragatur, sed illis  
 aduersa est, cum Euangelio autem optime  
 conuenit, Legis sententia est, vt Deum co-  
 lamus sincera fide & pura conscientia.  
 Deinde vt nos mutuo amemus. Ordine  
 autem naturæ causa prior est effectu suo,  
 sed fides est causa bonæ cōscientiæ & cha-  
 ritatis, igitur lex data est, vt nos in fide eru-  
 diat, cum itaq; legi non satisfacimus, de-  
 ducit nos lex ad Euangelij doctrinam, vbi  
 discim⁹, quomodo Deus purificat corda si-  
 de Act. 15. Purificatis igitur cordibus fide,  
 non simulata, sed quæ petit & accipit re-  
 missionem peccatorum, præstamus legis  
 finem, charitatem scilicet, id est omnia bo-  
 na opera legis, & placent ex corde mun-  
 do, id est prius purificato & iustificato si-  
 de & conscientia bona, id est firmo propo-  
 sito non peccandi, fides enim purificans  
 quærit & accipit remissionem peccato-  
 rum, non delectatur peccato. Quare nec  
 existit fides si adsit propositum peccandi.  
 Hæc est genuina, simplex & vera huius lo-  
 ci sententia: explodenda igitur est opinio  
 Papistarum de condigno & charitate, qua  
 præparari contendunt hominem ad gra-  
 tiam, vt stolidè & mendaciter nugantur.  
 Imo hæc sententia Paulus ostendit primo  
 discrimen

discrimen legis & Euangelij. Lex impossibilia requirit, vt conuincat nos cæcitatatis & infirmitatis, Euangelium gratiam omnibus offert, & operatur in nobis iustificationem per fidem in Iesum Christum, vt iustificati fide legis opera Deo placentia præstemus. Secundo vniuersam Christianam vitam partitur in fidem & dilectionem. Tertio ostendit, quæ sine peccata mortalia, cum de actionibus sermo est, nempe quæ fiunt contra conscientiam, prius concepto proposito peccandi.

Ων quorum, id est à quibus.

Notetur Phrasis Græcorum in Genitiuo plurali efferi constructionem ablatiuum cum Præpositione, cum aliàs ablatiuo careant

*Ανόμοις δέ.*

Disiunctiua aliàs particula est, hoc loco verò aduersatiua.

*Βεβήλοις.*

Prophanis & impuris, ac eam ob causam à sacris arcendis, à Verbo *βεβηλόω*, iniquo & contamino.

*ὁ ἐπίστευόντων ἐγώ*, concreditus sum  
ego.

Græcismus est, pro concreditum est mihi, sicut notat Varennius in suo Syntaxi, fol. 39.

Ων à quibus

Ων à quibus .

A vera scientia legis, quæ si fuerit depravata opinione iustitiæ, sequi necesse est vaniloquium, vna cum traditionibus humanis, quibus frustra se coli affirmat Deus. Est igitur primum argumentum ab incōmodo, deinde sequitur correctio.

Οἴδαμεν δ' ὅτι δικαίω νόμος.

Argumentum à coniugatis lex est, igitur legitime vtatur. Sed si quis quærat quis sit verus legis vsus, respondet ὅτι &c.

Οὐ κεῖται.

Hæc sententia propter brevitatem subobscura videtur, sed si causam rectius aspiciamus, facilis per se, & consolationis plena est. Miscet autem Paulus nominis definitionem, iusti & iniusti, ex Hebræorum phrasi, cum vero fine seu vsu legis. Estq; sententiæ summa: Lex non in hoc à Deo data est, vt iustificet, ergo ex lege non est iustitia: sed data est lex primo vt coerceat, id est, vt politici magistratus autoritate diuinæ legis puniant sceleratos. Secundo vt omnes peccati & infirmitatis conuincat, accuset, ostendat iram Dei & pœnas, terrefaciat ac damnet, secundum seueram legis sententiam, Maledictus omnis, qui non fecerit omnia quæ scripta sunt in hoc libro legis. Tertio, vt sit Pædagogus in Christum, id est, vt infirmos peccatores perterre-

perterrefactos, & alios æternæ damnationis reos auocet à libero arbitrio, & viribus humanis, à legis & operum iustitia, quæ propter nostram infirmitatem nulla esse putat, & vocet ad iustitiam fidei, qua omnes qui agnoscunt sua peccata & iram Dei, quiq; de suis viribus planè desperant, sed cōfidenter se in Christum coniungunt, consequuntur remissionem peccatorum, spiritum sanctum & vitam æternam, vt in Regno sint Christiani iusti & accepti. Hoc inquam modo iustis, id est gratuito in gratiam sola imputatione iustitiæ, non est data lex, hoc est, iustos tales lex non damnat, nec damnare potest, vt aliàs Paulus ait: Estis iã non sub lege, sed sub gratia. Item, Nulla iam his condemnatio, qui in Christo Iesu sunt. Imò his quidem lex iam dulcescit, vt lege legitimè vtantur, ad humiliationem, ad excitandam fidem, ad legis obedientiam, quam norunt quantumuis imperfectam placere Deo, quia ipsi prius fide inserti sunt Christo, in quo placent Deo: his inquam lex monstrat, quæ opera Deus requirat & approbet, non enim cuiq; liberum est, suo iudicio bono, quasi ex motu opera fingere, eligere aut facere, iuxta illud, Frustra me colunt mandatis hominum. Sic intelligatur prior sententię pars, Iusto non est lex posita, quare addit, sed iniustus, quasi dicat, certum est legem

iniustos, hoc est non acceptos damnare, tales inquam iniustos, qui quantumvis laborant legis opera & iustitiam præstare, damnat lex, sicut & reliquos, quorum nomina partim assignat, partim verò generali clausula comprehendit, tales namq; iniustos esse & damnatos, ipsa delictorum atrocitas testatur.

ἐπιόρχεις.

Et si quid aliud clausula est, qua omnium scelerum reos includit.

ὑγιαίνουσα διδασκαλία.

Sanæ doctrinae, Euangelium sanam vocat doctrinā, eò quòd sanat sauciatas iam conscientias, id quod lex per se facere non potest, multo minus lex deprauata, minimè omnium autem vanissimæ quaestiones, vaniloquia, & hominum traditiones id potuerunt præstare.

κατ'εὐαγγελίον.

Licet Hebraismus sit pro gloriosum, tamen sententiæ optimè conuenit hic genitiuus, vt sit sensus, Euangelium verè gloriæ Dei doctrina est, qua Deo suus honor & sua gloria tribuitur. In eam sententiā Paulus 3. ad Romanos inquit: Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, id est, nemo se ex peccatis exeret, solus Deus est, qui per Euangelium

## AD TIMOTH. SCHOLIA. 19

gelium suū iustificat, merito igitur illi soli  
adscribitur gloria iustificationis nostræ.

*Τοῦ μακαρίου Θεοῦ.*

Deo Epitheton addit, vt ostendat perfe-  
ctionem Dei, vt qui nostris operibus mini-  
mè indigeat, sed à quo omnem felicitatē  
& gratiā expectemus, & nobis certò possi-  
ceamur fide in, propter, & per Christum.

*ὁ ἐπιστὺν θν ἐγώ.*

Rursum addit commendationem suo  
Euangelio, vt certi simus se non proprio  
arbitratu, aut hominum voluntate doce-  
re, sed diuina ex autoritate, non hominis,  
sed ipsius Dei iustificantis nos verbum  
gratiæ, & iustitiæ, in vitam æternam pro-  
clamare.

*Gratiā habeo.*

Ecce vt proponat illustre exemplum  
gratiæ Dei, fatetur apertè se suis operibus,  
aut legis zelo nihil meruisse, sed quod est  
Apostolus, acceptam gratiam soli Deo  
defert, imò exaggerat peccatum suum,  
cum dicit, Qui prius eram blasphemus  
persecutor & violentus, vt ostendat se po-  
tius iram Dei, quàm gratiam meruisse.

Animaduertantur autem hīc huius exag-  
gerationis gradus, Primus est cōuitiari verbū

B 2 Doe

Domini, maledicere & blasphemare. Secundus est, à maledicis verbis descendere ad malefacta, hoc est, ad consilia praua, ad insidias & persecutionem. Tertius est opprimere palam, & manus temerarias confidenter & atrociter inijcere in benemeritos. Et hoc quidem loco, cum blasphemiam sit contumelia in Deum, persecutio vero & violentia in ecclesiam, quaeritur an blasphemiam possint consequi remissionem peccatorum: quidam distinguunt inter blasphemiam contra priorem tabulam, quae est malitiosa contumacia in transgressione prioris tabulae, & malitiosa veritatis reiectio & contradictio, quam remissionem peccatorum consequi negant, & affirmant plane esse peccatum in spiritum sanctum irremissibile. Et inter blasphemiam contra posteriorem tabulam, ut quae inscienter committitur tantum zelo posterioris tabulae, sic Paulum dicunt ignoranter in incredulitate peccasse, cum ecclesiam persequeretur, quam existimabat politiam bene ordinatam, destruere, contra praecipuum posterioris tabulae, primum, Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longaeuus super terram.

Quidam vero saniori consilio respondet affirmatiue, quod scilicet omnes blasphemiam, qui agunt poenitentiam, & fide credunt



credunt in Christum, consequantur remissionem peccatorum, sicut & Paulus consecutus est, & ratio est, quia sicut mādātum de pœnitentia est vniuersale, sic & promissio fide accipienda est vniuersalis. Non igitur pœnitentiam agens & credēs, excluditur à remissione peccatorū. Quod autem Christus affirmat blasphemiam in spiritum sanctum esse peccatum, quod neq; in hoc, neq; in futuro seculo remittatur, à posteriori iudicādum erit, de ijs, qui ante finem vitæ non agunt pœnitentiam, nec credunt, sicut & Augustinus dixit, Blasphemiam esse finalem desperationē. Sic inquam, volunt à verbo ordiri, quoties de salute humana quæritur, vt sciamus mandatum vniuersale esse, vt credamus Christo: & licet Paulus videtur discernere peccata ignorantia, ab ijs quæ contra conscientiam fiunt, tamen in agone conscientia non disputare de gradu ignorantia nostræ debent, sed vtrisque, tum ijs quæ ignorantia facta sunt, tum quæ contra conscientiam fiebant, anteferre mandatum & promissionem vniuersalem.

*Exuberavit.*

Gratia Dei erga se amplificatio est contra omnem peccatorum desperationem.

*Cum fide & dilectione.*

Hæc dupliciter accipiantur. Primo pro vt sunt in Deo, veracem enim se Deus pre-

B in fide

stitit, iuxta promissionem suam, & dilectionis suæ erga nos in Christo specimen præbuit. Secundo prout à nobis requiruntur, fides accipit & sibi applicat gratiam Dei in Christo, & propter Christum oblatam, dilectio verò, fidei effectus est, cum non metu pœnæ, nec spe præmi, sed spiritu sancto, sic mouente, legis obedientiam præstat, Deum ac proximum diligit, iuxta illud Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, filij Dei sunt.

*Fidelis sermo.*

Fidelis sermo. Postquam de lege & vero legis vsu Apostolus dixit, subiungit doctrinam Euangelij quadruplici nomine, certificat primo præfatione fidelitatis Dei veracis, & argumento utilitatis, quare dicit, fidelis sermo est, q̄ scilicet ab ipso Deo & fideli & veraci venit, & omni acceptatione dignus, quis enim hunc sermonem excludat, cum omnibus offerat salutem: qua nihil amabilius nec magis acceptandum offerri potest. Secundo, suo ipsius exemplo, sicut enim Paulum peccatorem in gratiam acceptauit, ita & omnes peccatores in gratiam acceptabit, proponit itaq; Euangelij summam, cum dicit, Christus Iesus venit in mundum, vt peccatores saluos faceret, sicut enim Christus Matth. & Marci vlti iubet prædicari poenitentiam &

& remissionem peccatorum in nomine suo, ita Paulus hinc breuiter attingit doctrinam pœnitentię vocabulo, peccatores: altero autē verbo, scilicet, vt saluos faceret, complectitur omnia Euangelij beneficia, peccatores saluos faceret. Primo enim vocabulo peccatores idem significat, quod alias sæpe inculcat, omnes homines esse sub peccato, & omnibus opus esse pœnitentia, tollit itaq; meritum, quasi dicat, saluat, non propter merita, sed verè adferentes ad ipsum peccata, hoc est, qui peccata agnoscunt, sibi metuunt ab ira Dei, & confugiunt ad ipsum fiducia hac, vt ipsius merito recipiantur in gratiam, hos inquam saluat, sicut Rom. 4. inquit. Non operanti, sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iustitiam. Et nota est phrasis scripturæ, cum ait, saluos facit peccatores, non concedit licentiam indulgendi flagitiosis cupiditatibus, sed loquitur de peccatoribus agnoscentibus peccata, & querentibus reconciliationē. Omnes enim peccatores sumus, nullus suis potuit iustificari operib; , eramus quippe omnes filij iræ, & æternæ damnationis mancipia, sicut Esaias inquit 53. cap. Omnes ueluti oues errauim; , vnusquisq; in viam suā declinauit, sed posuit Deus in eū omnium nostrum iniquitates. Veniēs ergo in mūdū carnis et sanguinis nostri particeps fact; , obtulit se

Deo in cruce in expiationem omnium peccatorum nostrorum, hic namque agnus Dei est, qui tollit peccata mundi. Christus omnium peccatorum spes, salus, redemptio & vita est, & Diuus Ambrosius sanctè & eruditè hæc Pauli verba sic exponit: Quid tam gratum inquit, tanque iucundum, quam peccatorum indulgentiam prædicari? Quis enim sine peccato est, ut hoc munus non cum omni gratiarum actione suscipiat, Deum autorem huius præferens & collaudans in Christo, qui ut hominem peccatis ablueret de cœlestibus ad terrena descendens, carnem peccati accepit, terrenis se admiscuit, ut eum cœlestè efficeret, mori se passus est, ut illum morte erutum Paradiso referret immortalem. Quis hæc beneficia non in infinitum extollat, quæ Deus præstitit homini, dominus seruo, conditor creaturæ. Attingit autem D. Paulus vnâ cum D. Ambrosio causas iustificationis, causa principalis efficiens misericordia Dei est. Ioan. 3. Sic dilexit &c. Causa motiua est intercessio filij, sicut Ioan. ait, Dilexit nos in dilecto, causa instrumentalis est efficacitas spiritus sancti operantis per verbum & sacramenta à Christo instituta: causa apprehensiuâ est fides cuiusque certa, constantique fiducia sibi applicantis beneficium Christi, qua statuit sibi remissa esse peccata, & se esse filium vitæ æternæ, sicut

sicut Esaias inquit, Nisi credideritis, salui non eritis, & posterioribus quidem duabus causis causa formalis absoluitur, primo enim verbum agnitis iam peccatis audiendum & amplectendum est, secundo si verbo non repugnatum fuerit, & cor ardet desiderio remissionis peccatorum, spiritus sanctus efficax est, infundens fidem, qua conscientia peccatorum & poenarum rea constantèr se à conspectu peccatorum, poenarum legis & iræ Dei totam in Christum conijcit, quem irato patri obijcit, cuius fiducia perit & accipit remissionem peccatorum, & expectat vitam æternam. Tertio accedunt sacramenta tanquam signacula verbi, quibus fides subinde confirmatur, donec per mortem naturalem omnes peccati vires in nobis extinguantur in Christo obdormientes resurrecturi carnis resurrectione in vitam æternam, vt Paulus ad Ephes. docet.

*Marginalis.*

Hac voce Paulus scripturæ testimonio testatur, Deum ad vindictam lento procedere gradu, non quòd illi peccata placeant, sed quòd nolit mortem peccatoris, quin potius conuersionem & vitam, vt Rom. 2. inquit: An ignoras, quòd Dei bonitas te ad poenitentiam inuitat? Et in Genesi legitur, quòd poenitentiae annos dederit Deus

centum & viginti, antequam diluuiio per-  
deret mundum.

*Regem sempiternum.*

Gratitudinis epiphonema est, cogitur enim abrumpere orationem, quia rei magnitudo superat. Similis est exclamatio ad Romanos 11. O profunditatem diuitiarum &c. Epitheta vero quæ Deo hic tribuunt, nulli nisi soli Deo conueniunt. Iste enim Rex seculorum, qui vniuersa creauit, sustentauit, gubernat & sustentat, gubernaturus & sustentaturus usque in infinitum, Is incorruptibilis, in quem nihil caduci cadit, qui & prorsus immutabilis. Is inuisibilis, quia habitat lucem inaccessam, & maior est quam sensu comprehendi possit. Is solus sapiens, quia vanitatis arguit omnium hominum sapientiam, 1. Corinth. 1.

*Ταῦτην ἴην.*

Epilogus est, qua docet quid ab episcopo requiratur, nempe primo vt puram Euangelij veritatem teneat. Secundo, vt eam administret bona conscientia & puro zelo.

*Ἰνα παύσῃς ὁῦσι.*

Exaggerat autem epilogum ab exemplis Hymenæi & Alexandri, Hymenæi meminit in secunda epistola ad eundem Timotheum, vbi dicit eum contendisse resurrectionem iam factam esse. Verisimile igitur

cur

tur est Alexandrum eodem errore fuisse dementatum, cuius meminit in Actis cap. 19. Dicit autem se tradidisse Satanae, pro excommunicasse, nam in ecclesia sedem regni sui habet Christus, extra eam non est nisi Satanae dominium. Simile legitur 1. Corinth. 5.

### In Cap. II.

**B**revissimè complexus est superiore capite summam doctrinam Christianam de discrimine legis & Euangelij, de usu pariter & legis & Euangelij. In hoc secundo capite potissimum fidei exercitium proponit, quod est invocatio diuini nominis, hæc enim sola Deo veram laudem tribuit, omnipotentiam, prouidentiam, misericordiam, liberalitatis & veritatis. Vritur autem Paulus in hac exhortatione argumentis à causa, cur invocandus sit Deus, Primo, quia fiducia erga Deum postulat, ut ad solum Deum fugiamus, ab ipso petamus & expectemus auxilium & liberationem. Deinde necessitas vrgens cogit nos ad orandum. Denique dum hortatur ad orandum, vult ut Deo mandanti obediamus, & promittenti simul confidamus, ut qui preces nostras propter Christum certo sit exauditur, et liberationem sua

sua prouidentia promoturus, ut illi soli omnis deferatur laus & gloria. Nota est vox Dei in Psal. 49. dicentis: Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te, & tu glorificabis me.

*δέσεις.*

Græci vocant orationum genera, ubi certi aliquid & nominatim petitur.

*προσευχάς.*

Quascunq; orationes vocant priuatim suas, *εὐτεύσεις* vero Paulus vocat quas alij pro alijs suscipimus preces, licet apud Platonem significet *εὐτεύσεις* certa precatio, quam quisq; pro se ipso concipit.

*ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων.*

Pro omnibus hominibus, quia charitas nostra ad indignos vsq; etiam extra ecclesiam extendere se debet. Huc pertinet preceptum Christi: Orate pro inimicis, persecutoribus & odio habentibus vos, & benefacite illis, Matth. 6.

*ὑπὲρ βασιλέων.*

Nominatim de regibus & magistratibus meminit, quia præ alijs exosi erant apud Christianos, quotq; enim erant illo tempore magistratus, totidem erant quasi iurati Christi hostes, pro his igitur iubet

Pau



Paulus precari, nam cum Deus magistratus & principes ad conseruationem humani generis constituerit, utcumq; multi degenerent à diuina ordinatione, non tamen cessare propterea debemus, quin & amemus quod Dei est, & saluum cupiamus. Prauitas namq; hominum nō efficiat, quominus ametur Dei institutio.

*ἵνα ἡρεμον καὶ ἡσυχίαν.*

Ut placidam & quietam agamus vitā. Argumentum est ab vtili, enumerat enim fructus qui ex principatu ritè composito nobis proueniunt. Primus est, placida & tranquilla vita, gladio enim sunt armati magistratus, ut nos in pace contineant. Secundus est pietatis conseruatio, dum enim pace frui conceditur, doctrina de Deo et salute nostra doceri & propagari potest ad omnem posteritatem. Tertius est cura publicę honestatis, magistratum enim beneficio fit, ne ad beluinas feritates se homines prostituāt, aut indecore lasciuiant, sed potius vigeat modestia & honestas. Quare si quę vel publicę trāquillitatis vel pietatis vel honestatis tangit ratio, meminerit quoq; habendam esse curam eorum, quorum ministerio tam præclara bona ad nos proueniunt.

*Τοῦτο γὰρ καλόν καὶ ἀπόδεικτον.*

Valle

Validius iam argumentum proponit à voluntate Dei, quod Deo placeat, quæ voluntas loco omnium rationum sit, & ipsissima verbi Dei & operum nostrorum regula & causa certitudinis. Addit autem rationem evidentem, quia Deus vult omnes homines saluos fieri: Quasi dicat, cum Euāgelium sit vniuersale, ad omnes pertinet, rectè itaq; nostra vota Dei decreto subservient, quoties pro omnibus hominibus preces nostras dixerimus. Deinde meminerimus & charitatis officium esse quoscunq; vocatione sua Deus complectitur, eorum salutis curam suscipere: est q; hæc Euāgelij vniuersalitas firmissimum argumentum contra prædestinationis opinionem, cum nullum mundi ordinem à salute excludat Deus. Vocatio enim verbi certissimum documentum est arcane dilectionis Dei, sicut Paulus inquit, Quos elegit, hos etiam vocavit. Deniq; eximit animis hominū omnem dubitationem voluntatis ac dilectionis Dei erga homines, vt nihil restare ostendat, quàm vt oblatam in Christo gratiam fide amplectamur, & salui fiamus.

*Eis γὰρ θεός, εἰς κοινότητα.*

Prioris sententiæ ratio est, non enim in perpetuū à spe salutis exclusi sunt, qui sub eiusdem sunt Dei potestate, Est q; compara  
tio

tio Dei vnus cum toto mundo, quemad-  
 modum tertio cap. ad Rom. inquit. Nun-  
 quid Iudeorum Deus tantum? nonne & ge-  
 tium? imo vnus Deus, qui iustificat circū-  
 cisionem ex fide, & præputium per fidem.  
 Item sicut est vnus Deus omnium, ita vni-  
 cum mediatorē esse dicit, per quem acces-  
 sus ad patrem patet, non vni aut paucis,  
 sed omnibus. Est enim beneficium mortis  
 suę commune omnibus. Quod verò hunc  
 mediatorem hominem Iesum Christum  
 prædicat, non negat esse Deum, sed cum  
 vinculum notare vellet nostræ cum Deo  
 coniunctionis, humanæ potius in Christo  
 naturæ meminit, quàm diuinæ. Simile ar-  
 gumentum est in 4. ad Hebr. vbi dicitur.  
 Non habemus pontificem, qui non com-  
 pati infirmitatibus nostris possit, sed per  
 omnia tentatum, Oraturi itaq; hunc homi-  
 nem IESVM intuemur, cuius nobis  
 cum vnitæ & communicatæ societatis  
 fiducia accedamus ad patrem, non fidu-  
 cia nostræ iustitiæ, sed promissæ & exhi-  
 bitæ misericordię per hunc CHRISTVM  
 pontificem, sicuti ait CHRISTVS: Ne-  
 mo venit ad patrem, nisi per me. Et rur-  
 sum: Amen dico vobis, quicquid petie-  
 ritis patrem in nomine meo, daturus est  
 vobis. Petite & dabitur vobis. Doce-  
 itaq; euidenter Paulus, ad quem oratio  
 dirigitur

dirigenda sit, nempe ad patrem Dominus nostri Iesu Christi. Deinde ostendit et per quem et qua fiducia petendū, nempe per mediatorem Christum, & fiducia promissionis ac meriti Christi, ut apprehēdamus, agnoscamus, & colamus verum & vnicū Deum in Christo, à quo & exauditionem & liberationem certò expectemus, iuxta verbum gratiæ & veritatis. Quòd uerò mediatoris vnius mentionem facit, simul excludit sanctorum defunctorum intercessionem, id quod ut clarius fiat, cōditiones mediatoris ex sacris literis colligendæ sunt.

Prima est, mediatorem existere non posse sine testimonio promissionis Dei, quòd propter illum exaudire & sic coli velit, quale habuit Christus Psalmo 110. Tu es sacerdos in æternum. Et Christus ait, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et Paulus Rom. 3. Quem dedit propitiatorem &c.

Secunda, quòd mediator debet esse precium & victima pro nobis, ut hoc loco Paulus de Christo affirmat, cum dicit: Qui dedit semetipsum precium pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis.

Tertia, omnis mediator inuocandus est, ergo debet habere infinitam omnipotentiam, qui inspiciat corda, exaudiat, iuuet et liberet, qualem omnipotentiam se habe

re Christus testatur, cum inquit: Mihi data est omnis potestas in caelo et in terra. Item, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego refocillabo vos. Tales conditiones sanctis competunt: summa igitur ignominia est & contumelia in Christum inuocatio defunctorum sanctorum, quam & Paulus hic excludit vocabulo vnus mediatoris, vt quæ Christo debitum admittit honorẽ, obscurat eius beneficia, & eximit pñs firmas et veras consolationes: merito igitur impia & Idolatrica habenda & omnibus modis fugienda est.

*Antilytron vel ΑΝΤΙΛΥΤΡΟΝ.*

Antilytron est precium redemptionis, quo scilicet in bello captiui ab hostibus redimi solebant. Quæ etiam vulgo Ransonas vocant, Græci λύτρα. Significat autem mutuam commutationem, cum caput capite, & vita redimitur vita.

*Μαρτύριον.*

Appositè dicitur, quasi diceret, quod se ipsum dedit antilytron, testimonium erat promissionis Propheticae, & confirmatio diuinæ charitatis erga genus humanum.

*Τὸ μαρτύριον καιροῦς ἰδίοις.*

Id est, vt hæc gratia patefieret tempore constituto.

C

Eis

Εἰς ὁ ἔτεθην ἑγὼ:

Paulus denuo ministerium suum commendat, & animaduertendum Apostolatium Pauli ad gentes certum diuinæ vocationis gentium fundamentum fuisse. Ad dit autem, fide & veritate, quæ duo in quolibet doctore requiruntur, vt fidelis sit, & veritatem semper doceat, ita docentis conscientia prius suffulta certitudine voluntatis & vocationis diuinæ nunquam sibi malè conscientia, intrepidè tandem docebit.

Βούλομαι οὖν προσεύχεσθε.

Prioris partis huius capituli conclusio est, et quod ait, se velle vt viri in omni loco attollant innocentes manus, sine ira & hesitatione, simul veram poenitentiam et veram fidem requirit in oratione piorum, puras ait, non more Iudæorum externo modo lætas, sed puras à libidine, sanguine & rapinis atque alijs peccatis. Sed hæc est summa, quasi dicat, Deus peccatores non agentes ex animo poenitentiam non exaudit. Deinde & in verè poenitentibus requiritur, primò, vt sine ira Deum inuocent, hoc est, sine impatientia, ne animus irascatur Deo cum affligimur, et fremat aduersus iudiciam Dei, quasi Deus negligat nos aut velit abijcere, quia finit nos adfligi cum videmus impios & Tyrannos impunè grassari in ecclesia, & pios obijci crudelitati & sæuitiæ hostium

hostium. Secundo etiam sine hæsitatione, nam certa fiducia invocantes statuunt necesse est, se Deo cure esse, & expectent auxiliũ & liberationem à Deo. Requirit igitur fidem tanquam summè necessariã in qua libet oratione.

Ὅσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταβολῇ.

Quemadmodũ viros iussit tollere puras manus, ita in altera huius capituli parte præscribit qualiter mulieres ad ritè orandum comparatæ esse debeant, huius occasione obiter taxat mulierum vitia, vt superbiam quam in ornatu nimio exercent, & procliuam linguã simul ostendens, quæ virtutes mulieres deceant, nempe verecundia, temperantia & pietas, quam bonis operibus comprobent. Ideo docet vt in amictu modesto cum verecundia & castitate se ornent, id est, vt ipse habitus & incessus, vitæ integritatem & verecundiam muliebrem præse ferant. Deniq; docet qua modestia mulieres in sacro cœtu se gerere debeant, scilicet vt placidè discant, neue loquendi vices sibi vsurpent in publico. hoc est, vt statim exponit, ne doceant, sed hoc munus viris permittant tanquã superioris potestatis, vnde vetat ne sibi mulieres auctoritatè in viros sumant, ex ratione creationis & lapsus, et quod euidentius est mandati diuini, cum dicit, Adã primum creatus est &c.

*Mulier saluabitur.*

Hoc quod dixerat Paulus, nō Adam fuit deceptus, sed mulier decepta transgressionis rea fuit, poterat examinare imbecilles & timidas mulieres, cum sibi imputari audirēt totius humani generis exitium, quare ut illas soletur ac suam illis cōditionem tolerabilem reddat, spem salutis relictam illis esse monet. Iubet igitur non desperare, sed confidere, & Deo in tolerandis incommodis præstare obedientiam in patientia, cum inquit: Saluabitur mulier per generationem, si manserint in fide et charitate & sanctificatione, cum temperantia. Estq; oratio copulatiua, mulier fit salua per generationem, sed ita si habeat fidem, charitatem, sanctificationem & temperantiā.

Ad salutem enim opus est fide, quam necessario sequuntur sua bona opera, charitas, Sanctificatio et Temperantia, nec obstat quod nomen mulier sit singulare, verbum vero plurale, siquidem & apud Latinos nomini indefinito & collectiuo singulari recte & commodè additur plurale, referendum igitur est verbum plurale, manserint, ad mulieres, & non ad liberos, sicut Papistæ falso docuerunt. Est namq; planè absurdum docere, matres non fieri saluas nisi filij fiant salui. Enumerat autem Paulus hic quinque virtutes, mulierē scilicet parere



*AD TIMOTH. SCHOLIA. 37*

rere & parere, habere fidem, charitatem, Sanctificationem & Temperantiam. Primum adhortatur mulieres ad obedientiam voluntati diuinæ, & affirmat esse diuinitus vocatas ad matrimonium, & propagationem generis humani, & ut dolore in generando admoneantur peccati, & voluntatis diuinæ, quæ vult agnosci peccatum, & quærere gratiam diuinam, quare statim addit remedium peccati, fidem scilicet, qua credant se gratuito ex gratia propter promissum & exhibitum Messiam saluari, quæ necessario sequatur noua obedientia, ut dilectio seu charitas erga Deum & hominem, id est, obedientia erga omnia precepta Decalogi Sanctificatio, id est, castitas, sic enim hoc loco accipienda vox, cum de statu conjugali mentio fit, ut & in 1. ad Thes. 4. eodem sensu usus est Paulus, cum dicit: Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstinatis à fornicatione, ut meminerit unusquisque vestrum ut possideat vas suum sanctificatione & honore, non ut obtemperet affectibus. Denique sequantur et temperantia seu modestia, quæ potissimum tres species continet. Primo Temperantiam in cibo & potu. Secundo moderationem cultu corporis, in vestitu, gestu, sermone, & cæteris rebus externis. Tertio Diligentiam in uocatione & œconomia.

C §

CAP.

## C A P. III.

**Q**uoniam in fine præcedentis capituli  
 mulieribus interdixerat munus do-  
 cendi, sumpta inde occasione in hoc tercio  
 capite, instituit Politicę ecclesiasticę formã,  
 & præcipue quales Episcopi & ministri ec-  
 clesię sint eligendi, Primo autem præmit-  
 tit præfationem ad notandam rei gravita-  
 tem, deinde docet, si quis non ambitione,  
 sed bono zelo seu studio pietatis petat E-  
 piscopatum, bonum esse opus, nam talis  
 petitio operam suam offert ecclesię, non  
 vi occupat ministeria, nec impedit, sed li-  
 berum relinquit his iudicium, penes quos  
 vocandi ius est, tantum suam voluntatem  
 promptam significat in obeundo munere  
 ad ædificationẽ ecclesię, si eius opera flagi-  
 tetur, utpote qui sciunt, si nõ legitimo or-  
 dine fuerint vocati, Deo aliter visum esse,  
 nec indignẽ ferunt se fuisse alijs posthabi-  
 tos, 1. Corinth. 14. Paulus tale Episcopatus  
 desiderium & exigit, & omnibus cõmen-  
 dat, cum inquit, Sectamini dilectionẽ, ap-  
 petite spiritualia exercitia, magis autem  
 ut prophetetis, hoc est, ut doceatis eccle-  
 siam, sicut ipse Paulus ibidem exponit,  
 qui prophetat, ait, Ecclesiam Dei ædificat.

De

Deinde quia omnia dona Spiritus sancti data sunt ad vtilitatem Ecclesiæ, si cui igitur donum contigit, is rectè facit si operam suam ecclesiæ deferat, & electuris liberum relinquat de se iudicium. Denique ecclesia nō potest habere facultatem eligendi ministros, aut saltem delectum habēdi, nisi pñ quidam voluntatem suam significant. Non igitur peccant qui petunt ecclesiastica ministeria, sed ista petitione pñ eximias virtutes repræsentant, vt voluntatē & zelum prouehendi Euangelij. Item modestiam & obedientiam erga Ecclesiam, vt qui permittant. Ecclesiæ iudicium de sua industria, & aliàs obtemperaturi sint quicquid Ecclesia decreuerit. Propositione hac, vtrum liceat petere ministeria in ecclesia, proposita & explicata, nunc porro docet qualis debeat esse Episcopus, id est, minister, qui gubernet & doceat Ecclesiā, quem ab inspectione sic vocat, non à Dominio, quod sibi papales Episcopi in ecclesiam, seu potius in prouincias & regiones falso arrogant, absq; munere docendi, saltem libidine dominandi & potentia mundanæ exercēdi. Sed quia Episcopi descriptio hoc loco non obscura est, qua ferè totum caput cōsumitur, nisi quod in fine addat Ecclesiæ Christi descriptionem, vocabula virtutum tantum explicāda erunt.

Exorditur autem à genere, & ait, Episcopū irreprehensibilem oportere esse, hoc est, nulla infamia notatum, quæ autoritatem illi deroget. Deinde recenset species, vult Episcopū esse vnus vxoris maritum. Hic D. Chrysostronus damnari ait Polygamiam nominatim in Episcopo, quæ apud Iudæos verè pro lege obtinuerat. Vult igitur Paul. Episcopum esse maritum vnus saltem vxoris, iuxta decretum Dei, et erūt duo in carne vna. Nec excludit Paul⁹ à ministerio eum, qui nunc vocatur Digamus, hoc est, qui aut viduam duxit, aut mortua prima coniuge duxit secundam, nam hic quoq; vnus vxoris maritus est. Et cum mariti mentionem facit, cauet ne per superstitionem coniugium ministris interdicaretur. Cæterę virtutes, quas hic recenset, plane sunt sobrium, temperātem, modestum seu grauem, pro dignitate scilicet ministerij, hospitem, qui docere possit, hoc est, qui doctrinam teneat, & alios docere possit, legēdo et cōcionando, instructus multiplici doctrina & linguarum cognitione, non vinolentum, non percussorem aut rixosum & proteruum aut sæuum, non turpiter lucri deditum, hoc est, non manifestū fœneratorē, aut negociationibus aut mercibus implicitum ac impeditū, aut qui nō stipendio contentus sit, suæ domui recte præsentem, & qui liberos suos recte educat in

cat in

cat in subiectione & honestate, quo bono exemplo sint cæteris, idem requirit Paul. ab Episcopis & ad Titum. Est namq; dupliciter reprehendenda domestica indulgentia, primum quia de Euangelio leuius sentiunt homines propter ministrorū mores: Deinde nocet etiam administrationi, vt grauitur argumentatur hoc loco Paulus a minori ad maius, qui suos nō cohercet, multo minus cohercebit alienos. Ostēdit enim eum nequaquam fore parem regendo populo, qui ad regendam familiam sit ineptus: Non neouitum, id est, aut iuuenem aut recentem et nuper insitum doctrinæ & ecclesiæ, vtpote in quos multa pernitiōsa Reipublicæ & Ecclesiæ vitia cadunt, qualia sunt, Inopīa iudicij, cum eīm doctrinam nondum penitus cognitam habent, facile deerrant, quod cum Nazianzenus requirere voluit, similitudine vsus est laudans nauticam legem, qua nemo admittitur ad gubernacula, nisi qui prius diu ad remos sederit. Item Curiositas, quod in doctrina amant materias arduas, subtiles & difficiles, de quibus D. Anthonius traditur ita pronunciasse, si quis viderit iuuenē de arduis rebus disputantem, & iam altero pede cœlum conscendisse, detrahēdum esse in terram & retinendum in doctrina de communi vita. Tertium vitium nouitiorum plerumq; est Polypragmosine, in

moderata illa & obscura diligentia, quæ multis se negotiis ingerit, & aliorum vocaciones turbat, & in summa quæ omnia omnesq; suo imperio subiacere postulant. Quartum est superstitio, sunt enim plerumque tales vel propter ætatem vel doctrinam vel nouitatem feruentiores cæteris promittentes maiorem religionem seu zelum, quo immoderato zelo sepe labuntur, Mutant ordinata, fiunt duri infirmis, nullam adhibent æquitatem, requirunt summam ubiq; perfectionem, contra quos Salo. dixit, Ne sis nimis iustus. Quintum est *φιλολαλσία*, qua mirantur se et delectantur laude populari, incipiunt confidentiores fieri & despiciere aliorum iudicia, arrogare sibi maiorem auctoritatem quam conuenit, seruire popularibus iudicijs, & pugnare per existimationem. Vnde excitantur emulationes, odia, certamina, schismata & hæreses. Sextum est inconstantia, nouitij enim & iuuenes facile inflecti possunt, vult itaq; Paulus vt viri graues & docti eligantur, qui longo vsu & multis tentationibus confirmati sunt. Septimum est præcipitantia, cui videmus obnoxios esse oēs imperitos, non iuuenes tantum, sed etiam natu maiores. Est enim verissimum illud Thucydidis dictum: Imperitia audaciam affert, prudentia vero cunctationem. Hæc vitia omnia complexus est Paulus, cum prohibet non  
 noui-

nouitium esse eligendum, addit autem rationē grauem, ne inflatus in iudicium incidat Diaboli, quam sententiam D. Chrysofostomus passiuè interpretatus est, ne superbia in eandem cum Diabolo condemnationem ruat, qui enim tumet admiratione propriæ sapientiæ, contemnit verbum Dei, & antefert proprias cogitationes, atque sic blasphemus ruit æternam indamnationem, et multorum interitus causa est. Deinde vult vt sit Episcopus sobrius, *νηφάλις*, Niphilia erant festa quæ sine vino celebrabantur. Erit igitur sobrius & moderatus, vult etiam vt sit didacticus, aptus ad docendum, aut, vt Hieronymus vertit, qui possit docere alios, &c. Denique in electione Episcopi requirit testimoniū honestum ab extraneis, qui extra Ecclesiā versantur, vt & illis constet & explorata sit Episcopi honestas, integritas et morum rectitudo, & addit rationē, ne in probrum incidat, & laqueum Diaboli, id est, ne infamiae expositus perfrixtæ frontis esse incipiat. Id em̄ est Diaboli plagis se irretire, vbi nullus peccandi est pudor.

*Διακόνους ὡς αὐτοὺς.*

Quia autem Apostolorum tēpore communio rerum habebatur in Politia Ecclesiastica, non tantum Episcopi qui verbo præessent,

præessent, necessarij fuere. Sed & Diaconi qui curam pauperum habebant, requirebantur, vt apparet & comprobatur ex sexto Actor. cap. Quare & horum officia seu virtutes hic describit, quales debeant esse, viri namq; graues, non bilingues, hoc est, non falsi vel ore vel pectore, non vinosi, non fœneratores, seu qui pauperum bonis suum cōmodum quærant, sed fideles, qui bona conscientia ministerium administrant, vt simul puram religionis doctrinã teneant, & in fide sint rectè instituti, ne partibus suis desint, cum necessitas incidat monendi & consolandi, exemplo Stephani & Philippi in Actis. Addit item, & hi probentur primum, deinde administrant, vult enim non ignotos, sed compertę probitatis eligi, ita vt sint irreprehensibiles, hoc est, vt nullo notabili vitio laborent.

*Mulieres similiter.*

Interponit & hic clausulam generalem de Episcoporum & Diaconorum mulieribus, quas vult esse non rixosas aut duras, sed benignas, sobrias seu temperantes & beneficas in omnib<sup>9</sup> scilicet fideles, quo & ipsæ bono exemplo omnibus sint. Vt autem ab Episcopis requiritur, ne vitio vagæ libidinis laborent, ita & Diaconis mandat, vt sint vnius vxoris mariti, non Polygamiaë studentes, sed secundū decretum

tum



tum Dei sint duo in carne vna, vt supra de  
Episcopis est dictū, sic vt honestati vbiq;  
studeant, liberis & familię rectē præsint.

*Nam qui bonum administrauerint.*

Generalis clausula est omnium voca-  
tionum, præcipuè autem eorum qui vo-  
cationibus suis ecclesiæ inseruiunt. Primū  
enim docet quod obedientia vocationis  
fideliter administratæ sibi acquirat maius  
incrementum donorum Dei, iuxta Chri-  
sti dictum, habēti dabitur, & Paulus 2. Co-  
rinth. 9. inquit, Augebit incrementa fru-  
gum iusticiæ vestræ, quod hoc loco gradū  
bonum vocat. Præmia namque debent  
nos accendere ne in vocatione simus se-  
gnes, ignaui aut ventri seruietes, sed ar-  
deant animi zelo quodam ornandæ gra-  
tiæ Dei, & iuuandæ ecclesię, sicut ad Rom.  
præcipitur. Sollicitudine non pigri, spiri-  
tu simus feruentes. Secundo ostendit pe-  
culiare Dei beneficium esse successum in  
vocationibus, multi namq; egregiè docti,  
sapientes & solertes in ipsorum vocatio-  
nibus sunt infœlices: discernamus igitur  
oportet industriam & successum, ne confi-  
damus nostris consilijs aut propria doctri-  
na seu prudentia, sed à Deo petamus & ex-  
pectemus auxilium et successum, vt graui-  
ter sapientia apud Salomonem clamat.  
Penes me, inquiens, est consilium & suc-  
cessus

cessus. Discamus igitur petendum esse à Deo, vt nostra studia, nostra ministeria adiuuet ac efficiat, vt sint boni gradus, foelices & vtilis Ecclesiae. Addit autem Paulus & multam libertatem in fide, &c. Nam qui bene ministrant retinent bonam conscientiam, nihil enim est quod aequè libertatem pariat, quàm bona conscientia, sicut è conuerso, timidos esse oportet, qui malè sibi conscij sunt. Ne autem illa libertas suas excedat fines, subiicit, in fide, quæ est in Christo Iesu, hoc est, quæ sit opus fidei, fiducia Christi præstitum, quo & ipsi maiore fiducia Christo seruiant, Dei honorem promoueant, ac salutem Ecclesiae quærant, iuxta illud, 1. Pet. 4. Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus ( vt in omnibus honorificetur Deus ) ministret.

*Ista tibi scribo.*

Cōclusio est, qua vsus ostendit præceptorū præcedentium, scilicet vt sciat quomodo in Ecclesia Christi versari cōueniat, qua occasione subiicit descriptionem Ecclesiae, Euangelij & Christi, Ecclesiam ornat egregijs titulis, vt eius dignitatem & authoritatem magnificat, & ex animo venerandam esse doceat. Non imaginandum est ecclesiam esse externam quandam Politiam

AD TIMOTH. SCHOLIA. 47

Politiã traditionibus humanis consti-  
tutam, & certis locis alligatam, vt Papistæ  
nugantur, sed Ecclesia est multitudo pio-  
rum qui in toto orbe dispersi sunt, qui cre-  
dunt Euangelio, qui sanctificantur per spi-  
ritum sanctum, & habent tanquam exter-  
nas notas, purum Dei verbũ, et vsum sa-  
cramentorum Euangelio cõuenientes. Si-  
cut ad Ephes. quinto, ab interiori regno,  
scilicet à sanctificatione per spiritum san-  
ctum, & ab exterioribus notis, sacramen-  
to scilicet & verbo vitæ, hoc est, Euange-  
lio, Paulus describit Ecclesiam his verbis:  
Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tra-  
didit pro ea, vt eam sanctificaret, mun-  
dans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Sic  
& hoc loco Ecclesiam vocat donum Dei,  
columnam & fundamentum seu sedem  
veritatis, id est, verę doctrine de Deo, Vbi  
igitur non est vera doctrina de Deo, ibi  
non est Ecclesia, sic inquam Ecclesia non  
loco est alligata certo, sed verbo diuino,  
iuxta illud Christi Ioannis 10. Oues meæ  
vocem meam audiunt. Iam si quis roget,  
quod est illud verbum, cui alligata est Ec-  
clesia: Respondet Paulus. Citra cõtrouer-  
siam magnum est pietatis mysterium, qua-  
si dicat, Euangelium est illud verbũ, quod  
nõ ratio humana, sed ipse filius Dei reuela-  
uit, Io. 1. Merito igitur vocat mysteriũ vel  
ministerium magnũ, & quidẽ pietatis, cui  
obe

obediendum scilicet est, obedientia fidelis. Huius namque mysterij, vel etiam ministerij summa est, quod doceat Christum, & ostendit quæ beneficia orbis terrarum in & per Christum accipiat, Nemo enim Christum nouit, nisi qui eius beneficia & nouerit & sibi fide sua applicauerit ac appropriauerit: quare ad concludendum hoc caput describit Christum, inquit: Christus manifestatus est in carne, qua sententia tria notat. Primo testimonium vtriusque naturæ in Christo, verus namque Deus & verus homo est. Secundo distinctionem harum naturarum, Deus ab æterno est vnus cum patre & spiritu sancto, nec alius, sed homo manifestatus est in carne. Tertio unitatem personæ, Deus scilicet est & homo vnus Christus, altera diuinitatis persona distincta à patre & spiritu sancto.

*Εδρακaiώθη εν πνεύματι.*

Sicut carnem induendo seipsum inaniuit, ad Philip. 2. Ita in ipso spiritualis apparuit virtus, quæ Deum esse testata est.

*Οφθη ἀγγέλοις.*

Hoc est, hoc mirando & stupendo spectaculo ipsos angelos in se conuertit.

*Εκηρύχθη ἐδνεσιμ.*

His namque qui Deum hactenus ignorauerunt, nec fuerunt populus Dei.

*Επισεύθη*

AD TIMOTH. SCHOLIA. 42

Επιστεύθη ἐν κόσμῳ.

Quasi dicat, tam efficax fuit hæc Euangelij prædicatio, vt credentes in ipsum salui facti sint, sicut ad Roma. 1. Euangelium vocat potentiam, seu virtutem Dei, in salutem omni credenti. Postremo assumptus est in gloria, quasi dicat, verè hic Christus, in quem gentes sperant, et saluatur, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, regens cum patre vniuersa, vnde mittit Spiritum sanctum, in corda fidelium, vbi index est inimicorū suorum, & Ecclesiæ suæ, iuxta Psalmum centesimum decimum, & vocem Christi de cœlo clamantis, Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare, Act. 9. Inde namq; venturus est iudex iudicaturus viuos & mortuos, vbi pijs iusta fidei præmia, impijs vero incredulitatis & blasphemix pœnas retribuet, iuxta regulam Ioannis in sua Canonica: Fides est quæ iustificat mundum. Incredulitas est, quæ damnat mundum.

I N C A P. IIII.

**I**n initio huius quarti capituli, proponit prophetiam spiritus sancti, quod nouissimis temporibus, in illa congregatione, quæ habet titulum Ecclesiæ, surgent impij  
D doctores,

doctores, quò autem cognoscatur, aliquos species impię illorum doctrine proponit, vt qui ipsi mala conscientia laborabunt. Prohibentes matrimonia & cibos. In summa, qui traditionibus humanis obscurabunt beneficia Christi, nò dubitantes Diaboli mendacia & blasphemias affingere, quòd tales obseruationes mereatur remissionem peccatorum, & sint iusticia coram Deo. Sed qui nam hoc nunc tempore sint, de quibus Spiritus sanctus hic prædicit, notæ eorum facile ostendunt, nempe qui Ecclesię titulum hodie sibi adscribunt, neglecto vero verbo Dei, traditiones humanas, instituta maiorum, principum, regū, imperatorum, Episcoporū, Cardinalium, & summorum pontificum obtrudunt, vi scilicet & gladio compellentes ad assensum, quoniam verbi testimonijs destituuntur. Tenenda igitur est contra hos regula Pauli, quòd affirmat esse doctrinam & hypocrisin falsiloquorum, id quod & Timotheo iniungit Paulus, vt si fidelis Iesu Christi minister esse velit, Ecclesiam sic erudiat in sincero Dei verbo, spretis his Diaboli commentis & traditionibus humanis. Estq; memoratu dignum, quod ait, Omnia fidelium gratia donari diuinitus, & sancta ac pura esse si cum gratiarū actione sumantur, prius more pio seruato sacrificandi per verbum & preces. Qua occasione

AD TIMOTH. SCHOLIA. 30

ratione grauissimè differit de vera boni  
pastoris vitæ ratione, quam & corporali  
& pietatis exercitatione constare vult, as-  
signans discrimen inter corporalia & pie-  
tatis exercitia: pietatis exercitia sunt vera  
pœnitentia, timor Dei, fides, inuocatio, re-  
pugnare odijs, cupiditati, viuidictæ & li-  
bidini, diligenter seruire publicis commo-  
dis, quorum finis sit immediatè vt Deo ob-  
temperetur, hanc obedientiam hic affir-  
mat Deum ornare præmijs huius vitæ &  
future. Exercitia verò corporis sunt lectio,  
recitatio precum, inædia, sitis, & alia qui-  
bus corpus moderatur, quorū finis sit non  
vt sint cultus Dei, sed vt corpus coërceant.

πιστός ὁ λόγος.

Hic suo exēplo Timotheum, & omnes  
verbi ministros docet, propter afflictio-  
nes non abiiciendam esse doctrinam, & re-  
uocat omnes ad articulum primum crea-  
tionis nomine Σωτήρ, communi omnium  
linguarum loquendi more, Deum salua-  
torem vt seruatorem compellans à mune-  
re suo sustentandi & iuuandi, quæ eū crea-  
uit, illa etiam & sustentat, iuuat, defendit.

Μηδὲς σου τῆς νεότητος.

Ne autem à proposito discedat, de boni  
pastoris inq̄t officio, sis Typus oībus, &c.  
pponens virtutes sex, & omnium maximas  
& Ecclesiæ salutare, puritatem doctrinæ,

D 2 morum

morum integritatem, iusticiam & lenitatē in castigandis sanabilibus, seueritatem in castigandis contumacibus, cōstantiam in afflictionibus, denicq; castitatē. His adiungit exercitia necessaria, videlicet Lectiōnem, id est, nō tantum priuatum studium, sed et publicam in cognoscendo scripturæ textu lectiōnem, secundo exhortationem, tertio doctrinā, quibus extremis duobus ostendit, qui præcipui fines esse debeant docentium, nempe vt aut doceant auditores de dogmatibus, hoc est, præcipuis scripturæ & fidei locis & articulis: Aut traducant animos auditorum ad aliquem affectum, vt ad fiduciam in Christū, vel ad verum Dei timorem, iuxta Euāgelium & legem. Quæ sequuntur in hoc capite, cohortandi causa addidit Paulus, vt verbū ministros exciter ad diligens studium literarum scripturæ sacræ, ad meditationes, orationes, & alios item necessarios labores, aliasq; difficultates sufferendas vocatione ipsorum admoniti.

## I N C A P. V.

**H** Vius quinti capituli summa hæc est, primo ostēdit, quomodo se gerere debeat Timotheus aduersus oēs, tum senes, tum iuuenes vtriusq; sexus. Secundo quomodo viduis prospectū esse velit, qua occasione docet,



docet, quæ vera sit vidua censenda. Tertio alimentis prospectum vult esse his, qui bene præfunt verbo. Quarto honestatem docet, non negligendam esse senioribus colendis. Quinto acriter monet, ut illa præscripta præcepta attentè sequatur, neue gratiam hominum aucupare conetur. Sexto manuum impositionem non nisi bene probatis conferendam esse. Septimo præcipit Timotheo, ut rationem habeat valetudinis suæ. Ultimo generalem regulam præscribit de peccatis arguendis, quod manifesta sint intrepidè arguenda, tecta verò recondenda esse, donec tempus ipsa reuelarit, ita & hæresin & falsam doctrinam, tempus manifestare docet, vincente tandem veritate aliorum nequitia patefacta.

I N C A P. VI.

**I**N sexto hoc capite primo docet, Evangelium non tollere Politicæ ordinem, ideo præcipit ut serui obediant dominis suis. Secundo cauet ne audiantur & recipiantur falsi prophetæ, qua occasione eos graphicè describit, ut ex notis seu fructibus eius nouisse discamus, & simul monet ne inutilibus disputationibus nos dedamus, extra verbum, ut quæ priuatim & publice noceant. Tertio duo homini omnium maxime necessaria esse ostendit, pietatem scilicet,

D 3 licet,

licet, et contentum esse sua sorte, qua occasione inuehitur in auaritiam, & ostendit quantum malum sit. Quarto breuiter multas verę pietatis species enarrat, qua occasione potissimum ad constantiam in confessione hortatur. Addit autem huic hortationi obtestationem grauem cum exemplo Christi, cui & annectit descriptionem regni Christi, qua occasione concionatur grauissimè de extremo iudicio, de resurrectione mortuorum, & vita æterna.

Quinto diuitibus præscibit regulã, qua obseruata, & ipsi ad regnum Dei venire possint, cum aliàs frequenter diuitiæ impedimèto sint, vel Christi testimonio, quo minus saluentur. Deniq; concludit Caput & Epistolam exhortatione ad cõstantiam fidei et confessionis, item dehortatione, ne propriæ sapientiæ indulgeatur, simul Dei gratiã Timotheo & omnibus exoptans.

**SCHOLIA**

# SCHOLIA

D. DAVIDIS CHYTRAEI,  
IN EPISTOLAM PRI-  
mam ad Timotheum.

**E**PISTOLA hæc prima per-  
tinet ad genus causarum Didasca-  
licon. Continet doctrinam de bo-  
no Theologo et scolastico Theologiæ. Pre-  
cipua quæstio seu status finitius est. Des-  
criptio boni Episcopi, seu de officio boni  
gubernatoris Ecclesiæ Dei.

## C A P. I.

**I**N primo capite proponitur summa do-  
ctrinæ Christianæ, quæ à bonis Episco-  
pis proponetur, quam partitur in legem  
& Euangelium. Legem iniustis & nõ agen-  
tibus pœnitentiam, Euangelium pœnitẽ-  
tiam agẽtibus. Et initio regulam tradit, ut  
utilia ad veram agnitionem, & fidem do-  
ceantur. *Paulus Apostolus.*) Præfigit Epi-  
graphen, ut cogitemus hanc doctrinam  
Pauli esse ei à Deo traditam, quasi dicat,  
Hæc doctrina Pauli verè est à Deo tradita,  
cui credendum est non secus ac voci ipsius  
Christi è coelo sonanti, aut coràm nobiscũ  
loquenti, delegationem, id est, mandatum.

D 4 Sicut

Sicut Paulo mandatum est, docere & fungi officio Apostoli. Ita nobis mandatum est, doctrinam Pauli audire, ac si ipse Deus coram suum mandatum exponeret. *Timotheo.*) Act. 16. Natus is in Lystra in vrbe Lycaoniae, Patre Ethnico, Matre Iudaea, cui nomen fuit Eunice, filia Loidis, comes itinerum Pauli, constitutus est Episcopus Ephesi, vbi Ecclesiam sedecim Annorum rexit. Interfectus autem post Paulum, sub fine Neronis Imperatoris, a vulgo lapidibus obrutus est, in festo Dianae cultus Idolatricos taxans. Nullius discipuli saepius fit mentio in Actis & Epistolis Pauli, quam huius Timothei. *Timotheus.*) Id est, colens Deum, & est verum nomen scholastici & doctoris Ecclesiae. Quisq; in sua vocatione sit Timotheus, id est, timens Deum, id est, referat suas actiones et consilia ad gloriam Dei, & salutem Ecclesiae. *Germano.*) Germanus, id est, natus ex eodem germine. *In fide,*) hoc est, vero, sincero, incorrupto filio, quem non secus amo ac germanum filium. *Gratia, misericordia.*) Oro Deum patrem & dominum nostrum Iesum Christum, vt det tibi gratiam, id est, *Das dich Gott lieb habe. Misericordia.*) Deus misericors mitigat poenas. *Pacem,*) id est, salutem & omnia bona corporalia & spiritalia, *Das es dir wolgehe an leib vnd seele.* Omnis salutatio est precatio. *Et Domino nostro.*)

*nostro.*) Iuxta regulam: Quicquid petieritis  
 in nomine meo patrem, dabit vobis. Ideo  
 Paulus vbique addit: Et domino nostro  
 IESU CHRISTO. *Quemadmodum.*) Re-  
 gula & doctrina utilis ad veram pietatē &  
 fidem, auditoribus proponenda est. Cor-  
 ruptæ quæstiones & materiæ inutiles. *Ge-  
 nealogijs.*) Genealogia, id est, *stam* register.  
*Ædificationem.*) Quæstiones magis pariunt  
 quàm profunt, hoc est, Tales materiæ uti-  
 les ad ædificationē Ecclesiæ, ad veram pie-  
 tatem & fidem. *Summa,*) hoc est, Agit hic  
 de vera agnitione essentiæ & voluntatis  
 Dei, de peccato, de remissione peccatorū,  
 de pœnitentia, de bonis operibus, seu di-  
 lectione Dei & proximi. De cruce & con-  
 solationibus opponendis, de discrimine  
 Legis & Euangelij. De discrimine veræ &  
 falsæ inuocationis. *Finis præcepti.*) Sum-  
 ma, finis & scopus doctrinæ Christianæ est  
 dilectio. Summus, verus & vltimus finis  
 hominis est rectè agnoscere Deū, obedire  
 Deo, dilectio nihil est aliud, quàm obedi-  
 entia erga Deum, quæ proficiscitur ex fide in  
 Deum. Cum hunc vltimum finem nostris  
 viribus in hac corrupta natura non possu-  
 mus consequi, Euangelium finem & mo-  
 dum perueniendi ad vltimum finem, vi-  
 delicet fidem in Christum, ostendit, qua  
 prælucente in corde accenditur vera dile-  
 ctio Dei & proximi, seu obedientia erga  
 D 5 Deum,

Deum, iuxta totam legem. *Finis præcepti est.*) Ultimus finis & scopus sacrae scripturae est dilectio Dei & proximi, proficiscens ex corde purificato fide. *Ex puro corde.*) Ex corde mundato ex peccato, fide, per Spiritum sanctum. Act. 15. Fide purificans corda eorum. *Conscientia bona.*) Non habente propositum peccandi. *Vani loquium.*) Ad inanes & vanas disputationes. *Scimus autem.*) Locus de lege Dei. *Lex iusto.*) Iustum non premit, non accusat, non condemnat, nec iustificat lex, vel, Lex iusto non est posita, quod ad damnationem & iustificationem attinet: Sed iusto lex est posita, quod ad obedientiam attinet. *Iniustis.*) Istos oēs lex condemnat, & abiicit in æternas poenas, & etiam coerchet in hac vita. *Certus sermo.*) Summa Euangelij & argumentum omnium Epistolarū Pauli. *Certus sermo,* id est, certissima sententia est, certissimum verbū, qd amplectamur, & hæc promissio firmissima fide accipienda est. *Vt peccatores saluos.*) Ergo sumus oēs peccatores. *Emphatica verba sunt,* Mat. 1. Saluū faciet populū à peccatis. Luc. 15. Filius hominis non venit perdere, sed, &c. Ioā. 3. Sic Deus, &c. *Peccatores.*) Scilicet, agnoscentes sua peccata, & fide cōfugiētes ad Christum Iesum saluatorem. Saluare est liberare à peccato, ab æterna morte, Remittere peccata, donare vitam et gloriam æternam. *Primus.*) Ma-  
ximus,

AD TIMOTH. SCHOLIA. 59

ximus, *Adeptus.*) Receptus sum in gratiā. *Ostenderet.*) Ego Paulus sum conuersus vt essem exemplū, q̄ testaretur Deus se peccatores recipere & saluare. *Seculorum.*) Gratiarū actio, pro quo Deo gratias ago, quod me turpissimum peccatorem in gratiam recipit. *Regi.*) Regi eterno inuisibili gratias ago. *Hoc præceptum.*) Scilicet, de Lege & Euangelio docendo in ecclesia, nō nouum est, sed per scripturas p̄pheticas quasi per manus traditum, tibi ō Timothee cōmendando. Alij, iuxta Prophetas, id est, iuxta dona prophetica, que in te sunt. Sed superior sententia est concinnior. *Vt milites.*) Sis diligens & intentus in officijs tuæ uocationis obeundis, acer, vigilans, sicut miles in præliando & labore omni militandi acer & vigilans esse dicitur. Iob. 7. Militia est vita nostra super terram. Habebis hostes, peccatum, hæreticos, Diabolos, impetus prauę naturę. Plato: Singuli homines irreuerabile bellum secum ipsi habēt: Item falsi fratres. Ephesi. 6. Fidem, veram agnitionem Dei, notitiam doctrinæ, fiduciam in Deo acquiescentē. *Bonam conscientiam.*) Propositum bonum obediendi Deo, et nō peccandi scienter & volenter. Habere bonam conscientiam, est scientem & volentē nihil cōtra legem Dei facere. *Naufragium.*) Amiserūt veram fidē. *Hymeneus.*) De quo 2. Tim. 2. Hic dixit resurrectionem factam, in hæc

in hac vita resurgere, sed in nouissimo die resurrecturas animas. *Alexam.*) 2. Timo. 4. faber ærarius. *Tradidi satanæ.*) Excommunicauit eos. *Vt discant.*) Finis excommunicationis, vt se emendent.

## C A P. II.

**P**rimus locus de vera inuocatione Dei. *Deprecationes.*) Vt liberemur à malis, non deprecamur mala. *Obsecrationes.*) Vt impetremus bona. *Intercessiones.*) Cum pro alijs oramus & intercedimus. *Gratiarum actiones.*) Agnoscere bona à Deo nobis dari, & id externa voce profiteri, vt alij quoque ad bona à Deo petenda inuident. *Pro regibus.*) Ethnicis quoque. *Vt plerumque.*) Secundus locus de finibus gubernationis politicæ. *Quietam.*) Primus finis est pax, vt tranquillam & quietam vitam agamus. *Omnipietate.*) Secundus finis est pietas, vt in pace veræ religionis doctrina propagari possit, & Ecclesia & Scholæ regantur. *Honestate.*) Tertius finis est Honestas. Vt externi mores iuxta omnia præcepta secundæ tabulæ honestè regantur. *Pietate.*) iuxta primam tabulam. *Honestate.*) iuxta secundam tabulam. *Qui cunctos homines.*) Tertius locus de electione, Deus vult omnes homines saluos fieri, videlicet quod ad suam voluntatem attinet, scilicet quod



quod nō omnes fiunt salui, eō fit, quia plerique homines Deo vocanti eos per Evangelium & ad eternam salutem repugnant, non assentiuntur vocationi.

Quicquid Deus vult, hoc necesse est ut fiat.

Deus vult cunctos homines saluos fieri. Ergo necesse est ut omnes salui fiant.

Respondeo, Aliter facit Deus in his quæ a sola eius voluntate pendent, & aliter in quibus voluntas humana valet. *Vnus conciliator.*) Mediator. Quartus solus de officio & beneficijs Mediatoris. Quatuor officia Mediatoris hic recensentur. *Testimonium.*) Repetit mentionē suæ autoritatis & vocationis. *Testimonium.*) Ad quod Euangeliū, vel ad quam doctrinam predicandam suo tempore ego Paulus vocatus sum. *Cum fide.*) Fidelis. *Veritate.*) Verax. Sūt adiectiua & substantiua, *Ein trewer vnd warhafftiger Prediger.* *Volo.*) Nō tantum Ierosolymis aut in tēplo : nō alligo inuocationem ad certa loca. Ioan. 4. Veri adoratores &c. *Absq; ira.*) Sine impatientia irascente Deo in erumnis. *Disceptatione.*) Sine dubitatione de voluntate Dei, de exauditione. *Consimiliter mulieres.*) Quintus locus de habitu mulierum. Composito & honesto vestitu vult eas procedere. *Sein ehrlichen gefleydet.* *Cum verecundia.*) Præcipua ornamenta mulieris honestæ sunt mores honesti. Euripides:

Euripides: Non vestes, nō forma, sed mores sunt quæ ornant foeminam. *Non tortis crinibus.*) Ista per se sunt adiaphora, sed abusus malus est. *Mulier in silentio.*) Mulieres non sint loquaces, sed tacitæ, modestæ. *Cæterum mulieri.*) Homerus primo Odyss. ratio viris curæ erit. Euripides: Odi sapientem mulierem. Item, mulier sapiens stulta, *Die sich weiß leßt duncf̄c. Adam non.*) scilicet, prior, sed mulier seducta. Eua primum decepta est. *Salua tñ.*) Mulier potest saluari, vel mulier gignens liberos in coniugio, potest saluari, non propterea damnata est, quod viuit in cōiugio. *Si manserint.*) Mulieres. Est Synthesis. *In dilectione.*) scilicet mariti, diligat liberos & familiam. *Sanctificatione.*) Castitate suum corpus vni marito purum seruat. *Castitate.*) Græcus textus habet, modestia, quæ tres virtutes complectitur. Prima, sobrietatem in cibo & potu, non sit ebriosa. Secunda, moderationem in cultu corporis, in omni gestu, sermone, vestitu. Tertia, diligentiam in laboribus propriæ vocationis obeundis.

## C A P. III.

**E**ST descriptio vel definitio Episcopi, Diaconi et Ecclesiæ. Continet tres locos præcipuos. Primus est descriptio Episcopi. Secundus, quales debeant esse Diaconi et eorum vxores. Tertius est definitio Ecclesiæ.

AD TIMOTH. SCHOLIA. ❧

Ecclesiae. *Indubitatus sermo.*) Certa & vera sententia est quam recito. *Si quis.*) Illustre testimonium, quod petitio ministerij sit concessa. *Munus.*) scilicet, docendi in Ecclesia Euāgeliū, &c. Hinc argumētantur. Omnis ambitio est prohibita. A Deo petere Episcopatū vel gubernationē Ecclesie, est ambitio. Ergo petere Episcopatum est prohibitū Christianis. Respondeo. Nego minorē, non est ambitio, sed magna virtus Deo placēs. Si sunt sine malis artibus & muneribus. Sed permittere se iudicio doctorum volunt: petere munus Episcopi est consciū sibi esse mediocris peritiæ docendi, & se submittere iudicio aliorum. Non est discrimen inter pastorem & Episcopum. Episcopus, id est, inspector, superintendens, Visitator, vnusquisq; pastor est Episcopus, in suo templo. *Irreprehensibilem.*) Sine crimine, quod legibus punitur, ἀναπλ. Den man keiner offentlichen vntthat bezeyhen kan. *Vnius vxoris maritum.*) Non adulterum, non bigamum, sed digamum. Quidam hinc dicunt, Episcopo non licere priore mortua alteram ducere. Excludit tantum adulterum vel Bigamum, id est, qui vno tempore duas habet vxores, sed sit digamus, id est, vt prima vxore mortua ducat alteram. *Vigilantē.*) Græca vox significat vigilem. Vigilantia est præstare intentionem & assiduitatem  
in of

in officijs suæ vocationis, & non negligere  
 occasiones rei rectè gerendæ. Non decet  
 Episcopū stertere totam noctam. *Sobriū.*)  
 Vox *σωφρονα* propriè réperantem signifi-  
 cat, prudentem, vt Cicero nominat, tem-  
 perantem, qui omnes motus corporis &  
 animi affectuum & actionum regit, vt  
 congruant cum recta ratione, cum lege na-  
 turæ, &c. Aristoteles: Temperantia est cui-  
 stos sapientiæ & veræ doctrinæ. *Mode-  
 stum.*) Græcè *κόσμιον*, grauē significat, alie-  
 num à leuitate, seruantem decorum in in-  
 cessu, gestu, vestitu, sermone, pro dignitate  
 ministerij, non indutus veste breui & scur-  
 rili, *Sich ehrlich halten. Hospitalem.*) Pro-  
 pter exules & peregrinos. Hospitalitas est  
 virtus quæ hospites iuuat pro facultatib⁹  
 suis. *Didacticum,*) Id est, aptum vel idoneū  
 ad docendum. Sit Dialecticus, teneat ratio-  
 nem rectè & perspicuè docendi. *Non vino-  
 lentum.*) Nō deditū ebrietati, *Kein Weins-  
 balger / der sich nit raufft vnd schlegt mit  
 den Bawren / etc. Non percussorem.*) Kein  
 Balger / der sich mit den Bawren im fruz-  
 ge nicht schlegt. Sed tantū voce, & non  
 verberibus puniat delinquētes. *Æquum.*)  
*Επιεικεια*, id est, mansuetudo seu æqui-  
 tas, quæ remittit aliquid de summo iure &  
 condonat næuos. *Obedientes.*) Id est, cum  
 omni grauitate. Qui suos non cohercet,  
 quomodo

quomodo alios cohercebit? *Non neophi-  
zum.*) Non iuuenem, qui recens natus est.  
Iuuenes non sunt admittendi. Et ideo vo-  
catur *ω̄ρος βύλερος*, id est senes, Priester/nō  
iuuenes. Menander: Iuuenes sunt stolidi,  
putant se valde sapere, cū nihil sapiant.  
Iuuenes primō carent iudicio. Secundo  
sunt curiosi & ambitiosi. Tertio sunt præ-  
cipites, &c. *Nec inflatus.*) Ut vel tradatur  
Diabolo, vel ruat in pœnas, sicut Diabolus  
propter superbiā lapsus est. *Qui foris sunt.*)  
Ab Ethnicis, qui dissentiunt, &c. *Ne inci-  
dat in probrum.*) Ne sit autor scandalorum.  
Cauendum est ne Euangelium propter no-  
stros mores vel exemplum malè audiat.  
*Diaconos.*) Secundus locus, Descriptio Dia-  
coni. *Compositos.*) Modestos, id est, mode-  
rantes omnes affectus, animi & corporis  
motus, omnes gestus, sermones, habitus  
conuenientes cum recta ratione. *Myster-  
rium.*) Fidem amplectentem doctrinam  
Christi. *Probentur.*) Exerceantur in infe-  
rioribus ministerijs. *Calumniosas.*) Euripi-  
des: Hoc innatum est mulieribus, ut cū  
conueniant nihil sani loquantur. *Fideles.*)  
Primō marito præstent fidem cōiugalem.  
Secūdo sint fideles in œconomia. *Diaconi.*)  
Diaconi erant quondam collectores eccle-  
siæ & distributores eleēmosynarum, qui  
etiam docebant interdū. Act. 7. *Gradum bo-  
num.*) Incrementum donorum in sua vo-  
E catione

catione, & successus felices consequantur. *Libertatem.*) Zelum in confessione & officij vocationis magno animo subeundis, etiam si difficultates & pericula proposita sunt. *Columna.*) Descriptio Ecclesiæ. Tertius locus. Ecclesia est domus Dei viuentis, columna & sedes veritatis, similitudo à templo Hierosolym. sumpta est. *Domus.*) Est cœtus hominum, in quo Deus habitat & efficax est. *Veritatis.*) Id est, veræ de Deo doctrinæ, veræ agnitionis & inuocationis Dei, &c. Hinc Papistæ argumentantur: Ecclesia est columna & sedes veritatis, seu nō errat. Romanus Pontifex est Ecclesia & inuocat sanctos, Ergo inuocare sanctos non est errare. Respondeo. Ecclesia est sedes veritatis. Maior vera est de Ecclesia proprie dicta, seu quæ est re & nomine Ecclesia, vt tempore Christi nomine erāt Ecclesia Ananas, Caiphas. Sed re erant Ecclesia Zacharias, Maria, Simeon, &c. *Mysterium.*) Magna et arcana res est. *Deus manifest.*) Id est, Deus homo factus est, seu Deus verbum caro factum est. Idem est, Deus qui humanam naturā assumpsit, Iustificatus est, Declaratus est per spiritum sanctum, quod sit filius Dei, iustificans omnes homines fide ad eum confugiētes. Vide Rom. 1. *Visus est angelis.*) Id est, angeli annunciarūt eius cōceptionem, natiuitatem, resurrectionem, & ascensum in cœlum. *Prædicatus.*) Per Apostolos.

postolos. *Fides.*) Aliqui crediderunt in eum. *Receptus.*) Resuscitatus est & ascendit gloriose in caelum, ut credentes in ipsum vita & gloria aeterna donet.

## C A P. IIII.

**P**rimus locus est admonitio de cauendis impijs doctoribus & vitanda falsa doctrina. *Doctrinis demoniorum.*) Diabolus est autor malarum opinionum et traditionum, pugnantium cum doctrina diuina. *Falsiloquorum.*) Falsas opiniones, falsos cultus Dei instituentium. *Simulationem.*) Singulari specie pietatis vel sanctitatis, *Sonderliche heyligheit.* Notatam faciunt sibi conscientiam, ubi non est conscientia, id est, onerant conscientias falsis traditionibus, & fingunt peccata, quae non sunt peccata. *Cauterio.*) *Ein brantmal* id est, notas inurunt conscientijs, ut maior fuit iniquitas apud Papistas, si quis ferias, aut tempore quadragesimae carnem comederet, ac si adulterium commisisset. *Prohibentium.*) Dignito monstrat pontificias traditiones. *Contrectare.*) Ut Papa maximae multitudini monachorum, monialium & sacerdotum coniugium prohibuit. *Abstine.* (.Cibus, videlicet, ferias a carne & in quadragesima. *Quod Deus creauit.*) Deus concessit liberum usum omnium ciborum, si moderatè et cum gratiarum actione sumantur. *Quicquid creauit.*)

E a Omnes

Omnes cibi, coniugium, ordo politicus, militia, & omnia bona corporalia, sunt res bonæ, id est, à Deo conditæ, & Deo placentes. Et harum rerum vsus fit sanctus, id est, licitus & sanctus, concessus, et Deo placens, si accedat fides cognoscens ista congruere cum verbo Dei, & precatio, & gratiarum actio pro istis donis. *Sanctificatione.*) Vsus harum rerum corporalium fit sanctus, id est, concessus & Deo placens. Et est cultus Dei, si accedat fides, &c. *Enutritus.*) A prima pueritia educatus est in vera de Deo doctrina. *Cæterum propheta.*) Id est, doceas ea quæ ad ædificationem faciunt, cæteris omisis. *Exerceto.*) Secundus principalis locus. Exercitia veræ pietatis, & discrimen inter veræ & falsæ pietatis exercitium. *Ad pietatem.*) Dona studij veræ doctrinæ, veræ fidei, Inuocationis, veri timoris Dei, patientiæ, humilitatis, confessionis, gratiarum actionis, iustitiæ, ad veram pietatem pertinent, &c. *Corporalis exercitatio.*) Vt abstinentia à cibis, &c. *At pietas.*) Studium veræ doctrinæ. Huc oës virtutes primæ tabulæ referendæ sunt. *Promissiones.*) Habent promissiones præsentium & futurorum bonorū. Deus promittit et exhibet pijs præmia spiritalia & corporalia, præsentia & æterna. *Saluator.*) Saluat et sustentat omnes homines, bonos & malos. Saluare est Hebraicum verbum, id est, opem ferre. *Fidelium.*)



AD TIMOTH. SCHOLIA. 69

*lium.*) Maximè fouet & defendit DEVS  
pios, &c. *Esto forma.*) Regula vitæ, qua non  
solum Paulus Timotheum, sed nos omnes  
alloquitur. Huius dicti emphasıs expendatur.  
*Exemplum.*) Typus, id est, Exemplum  
veræ pietatis, doctrinæ & morum. Regis  
ad exemplum totus cõponitur orbis. Sic  
etiam auditores respiciunt ad concionato-  
rem. *Fidelium.*) Veræ Ecclesiæ Dei, nõ Eth-  
nicorum, non prophanorum eris Typus,  
sed fidelium hominum rectè agnoscenti-  
um Deum, qui in te respiciunt. Matth. 5.  
Sic luceat lux, &c. *Primò sermone.*) in verã  
& incorrupta doctrina. *Secundò cõuersatio-  
ne.*) In integritate, seu gubernatione mo-  
rum honesta. *In deinem ganzen leben.* *Ter-  
tiò dilectione.*) Paterna beneuolentia com-  
plectere tuos auditores. *Quartò, in Spiritu.*)  
Sit sæuerus Spiritus cum opus est, Laß es  
dir ernst sein. *Quintò, fide.*) In fidelitate et di-  
ligentia, in officijs, omnibus obeundis. *Se-  
xtò, puritate.*) In castitate. *Attende.*) Sis at-  
tentus & assiduus in lectione Bibliorum,  
seu sacræ scripturæ, in studijs doctrinæ  
cœlestis, in audiendis lectionibus, Gib acht  
darauff. *Nec negligas.*) Dona assidue exer-  
cenda sunt & exuscitanda, iuxta dictum:  
Habenti dabitur, hoc est, sedulo & assidue  
exerce tuum. *Donum.*) Munus docendi &  
propagandi veram doctrinam. *Quod, d. e.  
tum est.*) iuxta scripturam prophetica,

vel prophetico instinctu & afflatu com-  
mendatum est tibi. *Impositione.*) Ne negli-  
ge munus docendi in Ecclesia, addito ritu  
impositionis manuum, hoc est, tuam ordi-  
nationem. *Presbyterij.*) Exercendo dona  
proficimus. *Attende tibi.*) De prudentia &  
vigilantia in retinenda pura doctrina, & regas  
te ipsum, ne in mala exempla ruas, aut mo-  
rum vitio labores, & caueas ne Ecclesia ma-  
la doctrina deformetur. *Persiste.*) Perseue-  
rantia & assiduitas.

## C A P. V.

**P**rimus locus, de lenitate in obiurgan-  
dis alijs. Hanc normam in conspectu  
habeant omnes concionatores. *Seniorem.*)  
Ne sis contumeliosus in senes, ne verber-  
es eos verberibus & verbis. *Vidua.*) Secun-  
dus locus de viduis, quæ eleemosynis Ec-  
clesiæ alendæ sunt. *Honora.*) Dilige, foue,  
ale, defendito. *Si quæ.*) Non deserant of-  
ficia œconomica, seu educationem libe-  
rorum prætextu religionis, sed vt ipsæ a  
parentibus educatæ sunt & institutæ, ita  
vicissim suos liberos educent. *Donum.*)  
Proprios liberos & nepotes. *Hoc honestum.*)  
Dño placent officia parentum in educan-  
dis liberis, & *σοφῶν* Physicæ erga liberos,  
& alia officia œconomica. *Quæ vidua.*) Quæ  
deserta a viro & liberis, quæ nec liberos  
nec

nec virum habet. *Viuens mortua.*) Ita viuit,  
 vt nihil dignū vita agat. *Fidem abnegauit.*)  
 Christi, quæ amisit *σόγυας*, & liberos pro-  
 prios non fouet, non habet veram fidem,  
*Vidua allegatur.*) In tali etate nulla est suspi-  
 cio lasciuix. *Vnius viri.*) Quæ nō fuit adul-  
 tera. Duo in viduis cōsideranda sunt, pie-  
 tas & vita antea acta. *Iuniores viduæ.* Non re-  
 prehendit nuptias, sed præcedentem lasci-  
 uia vel salacitatē, quam sibi accersebant co-  
 pia & abundantia. *Fidem reiece.*) Qua cre-  
 diderunt Euangelio. *Reiece.*) Quia indul-  
 gent prauis cupiditatibus, & confirmant  
 lasciuiam, ideo ostendūt se amisisse fidem.  
*Si quis fidelis.*) Christianus seu Christia-  
 na. *Suppeditat.*) Alat viduas. *Qui bene præ-  
 sunt.*) Tertius locus, de reuerentia & victu  
 debito ministris Euangelij. *Bene præsumt.*)  
 Fideles doctores, trewe Prediger. *Duo-  
 plici honore.*) Victu & reuerentia. *In ser-  
 mone &c.*) Qui fideliter docent veram de  
 Deo doctrinam, *Die da lehren. Boui trit u-  
 rati.*) Id est, ministerio laborāti nō negabis  
 victum aut mercedem. Iudæi ex frugibus  
 non elidebant flagellis grana, sed boues  
 obturato ore calcabant fruges. *Aduersus  
 presbyter.*) Quartus locus, de processu  
 in iudicijs Ecclesiasticis seruando. *Nisi sub  
 duobus.*) Non pronuncies sine testibus.  
 In ore duorum aut trium, &c. Inde in iure  
 iurando

iurando erigantur duo digiti. *Coram omnibus argue.*) Qui duobus testibus conuicti sunt, illos excommunica, vt cæteri timorem habeant. *Obserues.*) Vt iudicia Ecclesiastica administres. *Sine præcipitatione.*) Non præcipites tuum iudicium, sed diligenter quære causam, ser sententiam posito omni honore. *Manus cito.*) Quintus locus, de ordinatione ministrorum, non temere ordines aliquem ad ministerium Euangelij, non antea examinatum, cuius doctrina & mores non sint antea tibi perspecti. *Neq; communices.*) Non participem peccatorum te facias, quæ fiunt in ordinando. *Ne posthac bibas.*) Sextus locus de cura tuendæ valetudinis. *Quorundam.*) Quorundam hominum vitia non possunt cõspici in vita priuata, sed in ministerio potest primum aduertiri. Inde, Magistratus ostendit virum.

## C A P. VI.

**P**Rimus locus, de officio seruorum. *Iugo.*) Redacti in seruitutem, Metaphora sumpta à bobus, non erant serui apud veteres, sicut nunc sunt apud nos, sed erant mancipia, velut nostra pecora. *Honore dignos.*) Ament, reuereantur omnibus officijs, & obediant illi. *Ne nomen.*) Ne doctrina Euangelij existimetur tollere necessitatem obediendi alijs, & ordinẽ politicæ vi  
tæ.

*æ. Fideles sint.* ) Quod Christiani, scilicet,  
 & ideo fratres æquales coram domino, ut  
 in parabola de patrefamiliâs conducente  
 operarios in vineam, habemus, Matth. 20.  
*Beneficij participes sunt.* Qui officia seruo-  
 rum vicissim agnoscunt et compensant. *Si  
 quis diuersam.* ) Secundus locus est admo-  
 nitio de officijs Episcoporum, Pastorum,  
 doctorum, ut sanam doctrinam Christi  
 per Apostolos traditam fideliter retine-  
 ant, &c. Et duas pestes officij Episcoporū  
 fugiāt, videlicet, inutiles disputationes ex  
 cupiditate inanis gloriæ ortas, & auaritiā,  
 quæ religionem ad opes augendas confert.  
*Doctrinam.* Qui non amplectitur hanc do-  
 ctrinam à me Paulo traditam, qui non as-  
 sentiuntur sanæ doctrinæ. *Is inflatus est.* )  
 Id est, superbus est, 1. Corint. 8. Scientia in-  
 flat, scilicet, sine verbo Dei, charitas ædi-  
 ficat. Hinc dicitur, *ἄσφοδός*, id est, qui  
 habet in animo persuasionem sapientiæ,  
 Ein selbst gewachssener dunckel Doctor.  
*Circa quæstiones.* ) Ut tota doctrina schola-  
 stica plena est huiusmodi inutilibus quæ-  
 stionibus. *Inuidia.* ) Qua nullus vult alteri  
 cedere, nullus vult fateri se esse victum. *Cō-  
 tentio.* ) Das man zanket. *Nihil disceptatio-  
 nes.* ) Prauæ & inutiles disceptationes. *Quæ-  
 stum.* ) Putant doctrinam Euāgelij esse au-  
 cupium gloriæ, & quæstum. *Pietas.* ) Das  
 ist der grösseste reichthumb / der fromb ist

E s

vnd

und ist zufrieden mit dem das er hat. Qui est  
 contentus presentibus bonis, ille est diues,  
 & ferè summas diuitias obtinet. Auaro  
 rã solet deesse quod habet, quam quod nõ  
 habet. Hinc, Quenã summa boni: Mens  
 sibi conscia recti. Quis diues? qui nil cu-  
 piat, quis pauper? auar? *Nihil intulimus.*)  
 Nudi venimus in mundum, & nudi coo-  
 perti pannis fascijs discedimus. *Radix.*)  
 Hinc dictum Dionysij, Auaritia est me-  
 tropolis omnium malorum, die Mutter-  
 stat. *Aberrarunt.*) Quia auaritia est idola-  
 tria. *Certa bonum certamen.*) Confitere & re-  
 tine veram doctrinam à me acceptam,  
 nec auaritia seu inutilibus quæstionibus  
 finas eam corrumpi. *Præcipio.*) Obtestor te  
 per Christum, vt veram doctrinam à me  
 acceptam retineas, nec vel ambitione vel  
 auaritia corrumpas. *Hos qui diuites.*) Ter-  
 tius locus, de vero vsu diuitiarum. *Fruenda-  
 dum.*) Non ad luxum, sed ad benefa-  
 ciendum alijs. *Depositum.*) Do-  
 ctrinam apud te depo-  
 sitam serua.

**ENAR**

75  
E N A R R A

T I O B R E V I S E T  
E R V D I T A I N E P I S T O -  
lam ad Galathas.

*De nomine Galatharum ex Volaterrano, libro  
tertio, & item decimo Geographiæ.*

**R**OMANI, inquit Volaterra-  
nus, triplicem fecere Galliam, To-  
gatam que cis alpes est in finibus  
Italiæ, à toga cum Latio communi. Coma-  
tam à comis & intonsis crinibus, quam  
Plinius transalpinam vocat. Brachitam  
à Brachis, id est, à fœmoralibus prolixis,  
quæ hodie Narbonensis à loco & vrbe  
dicitur. Hæc Rheno proxima est, cuius In-  
colæ verè Germani sunt. Quæ Galliæ pars  
cum sic abundaret incolis, vt eos alere pro-  
uincia non posset, ex eadem trecentum mi-  
lia hominum, ad nouas sedes quærendas  
emissi, partim in Italiã venerunt, partim in  
Pannoniam. Et ex Pannonia aliquot duce  
Belgio, Macedoniam inuaserunt, aliquos  
verò duce Bremono in Græciam se contule-  
runt, qui cum diu incertis sedibus vaga-  
rentur, & stipendia sub regibus Asiæ meruis-  
sent,

sent, tandem regibus conuiuentibus aliquam Asiæ partem ad fluuium Halin occuparunt, ibique sedes suas fixerunt, & regio ab occupatoribus Gallogræcia seu Galatia nuncupari cœpit. Populi vero Galathæ, quia à Gallis huc migrassent. Hęc autem regio minoris Asię, est quę ab oriente Cappadociam & Halin fluuium habet, ab occidente Bithyniam & Asiam maiorem, à Meridie Pamphiliã, à Septentrione Pontum Euxinum. Galatis itaque Paulus in ipsorum regione, Galatia seu Gallogræcia coram Euangelium Christi annunciauerat eo cum pfectu, vt presente ipso libertate fidei optimè vterentur. Sed postquam illo absente Pseudapostoli ipsos edocuerent non sufficere ad salutem simpliciter solam fidem in Christum, sed necessariam quoque esse legis diuinę obseruationem, sicut & quosdam, Act. 15. docuisse legimus, à fide & fidei libertate statim descuerunt, qua occasione presentem Epistolam Paulus ad Galathas scripsit ex Epheso.

*Argumentum Epistolę ad Galatas.*

**P**Aulus in hac Epistola summã doctrinę Christianę proponit, quę est, quod sola fide in Iesum Christum iustificemur coram Deo, nullo vel legis vel operũ vel meritorum nostrorum respectu, vt constet hanc iustitiam fidei non actiuam seu  
pro-



propriam esse ex nostris viribus aut libero arbitrio præstitam, nec ex legum operibus aut meritis commeritam, sed planè passivam & alienam, quam non habemus ipsi, sed accipimus à Deo, non operamur ipsi, sed patimur Deum in nobis operantem, per ministerium Euangelij, efficaciam spiritus sancti excitantis fidem in nobis, ut nullis nostris vel viribus, vel operibus aut meritis operum freti, soli misericordiam Dei propter meritum CHRISTI confidamus, qua fide iusti, id est, accepti sumus coram Deo, non quòd peccatores non simus, dum in hac carne vivimus, sed quia peccata nobis non imputantur, sed remittuntur, donatur nobis spiritus sanctus, qui fidem ut excitavit, ita foueat ac conseruet in nobis, ut in libertatem CHRISTI asciti spontaneam obedientiam præstamus, Deo & hominibus seruientes nostris operibus bonis, donec per mortem naturalem abolita in nobis penitus fuerint peccata, & comite spiritu sancto in vitam æternam immigremus. Ita discernit Paulus hanc iustitiam fidei seu Euangelij à iustitia siue legis, siue Philosophiæ, siue Politicæ, siue œconomix. Sicut enim ipsa terra, inquit Lutherus in cõmentario ad Galatas, pluuiam nõ gignit, nec eam vlllo suo opere, cultu aut viribus acquirere potest, sed irrigationem cœlesti ex dono expectat & accipit,

accipit, ita & nos nullo nostro opere aut merito acquirere nobis possumus cœlestē illam & gratuitam Dei iustitiam, nisi eam nobis donet ac imputet Deus benignus pater Domini nostri Iesu Christi, quē voluit pro nobis victimam fieri, vt nos fieremus iustitia Dei in eo, secunda Cor. 5. & Romanis 5. Sicut in Adam omnes morimur, ita in Christo omnes viuificamur. Et sicut terra quantūuis exculta non profert fructus, nisi prius irrigata & foecundata è cœlo, ita per iustitiam legis multa faciendo nihil facimus, & implendo legem non implemus, nisi prius sine nostro opere & merito iustificati simus fide, qua & illa iustitia legis Philosophiæ, Politicæ & Oeconomix grata & accepta est Deo, iuxta regulam, Quicquid non fit ex fide, peccatum est, Heb. 11. Ita non iusta faciendo iustus fit, sed factus iustus facit iusta, nō opera implent legem, sed fides in Christum, qui est impletio legis, facit opera legis, atq; hoc idē est quod D. Augustin. dicit: Bona opera non præcedunt iustificandum, sed sequuntur iam iustificatum. Hoc modo & Paulus diuidit hanc epistolam iuxta cōsuetudinem Apostolorū in duas partes, in doctrinam fidei, & doctrinā de bonis operibus tanquā fidei fructibus. Prioris partis Syllogismus principalis est hic. Nullū aliud Euāgeliū quā quod ego Paulus docui, est recipiendū. Docui autem

autem hominem non iustificari ex operibus legis, sed per solam fidem in IESVM CHRISTVM. Ergo non lex, non opera, non merita, non vires humanæ, non liberum hominis arbitrium Euangelium est, quo saluari possimus, sed fides per dilectionem efficax. Maiorem probat ex historia conuersionis suæ, & dum commoratur in hac probatione, multa obiter argumenta attingit, quibus auctoritatem suæ vocationis & Euangelij confirmat vsq; ad finem secundi capituli. Minorem in fine secundi capituli assumit, quam dum confirmat vsq; ad initium quinti capituli, simul verum legis vsum tradit. Conclusionē huius prioris epistolæ partis in initio capituli quinti statuit, qua doctrinā de fide claudit. In doctrina de bonis operibus alterę partis epistolæ occupationi respondet, poterant enim sic argumētari: Docuisti nos sola fide iustificari & in libertatē Christi nos vindictos esse, igitur excludis bona opera, excludis seruitutē et obediētiā legis. Respondet per concessionē, excludo bona opera a causa iustificationis, non autem ab effectu iustificationis, item dico vos in libertatē Christi vocatos & ascitos, nō vt carni seruiatis, sed vt liberē non metu pœnæ aut spe præmij vobis inuicem per charitatem seruiatis, vestigia scilicet Christi sequētes, vt 1. Pet. 5. præcipitur. Hęc igitur obediētia  
 vltro

80 *ENARRATIO BREVIS ET*

ultronea & spontanea verus fidei ac iustificationis effectus est, & placet Deo in reconciliatis fide. Hoc modo Paulus in hac Epistola discernit Euangelium à lege, & legem ab Euangelio, Euangelium libertatem fidei Spiritus & gratiæ nouo tribuit homini ad imaginem cœlestis Adam Christi cōformati, Lex verò iusticiam & seruitutem legis veteri homini imponit ad imaginem terrestris Adam conformati, carni scilicet in hac vita ad domandas & reprimendas reliquias peccati, si quidem caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Atq; hæc est summa non tantum istius Epistolæ, sed et totius doctrinæ Christianæ, quam quisq; teneat qui sibi animæ suæ salutem exoptat.

*Paulus Apostolus.*

Epigrapha est, qua commendat vocationem suam, contra Pseudapostolos. Erasmus ex Hieronymo Hebraismū colligit in voce Apostolus, pro missus, Hebræi enim Sila vocant, vt sit nomē officij, & auditor seu lector rapiatur in mittentē, nec suspiciat personam missam, sed maiestatem mittentis. Certam igitur Paulus facit suam vocationem, vt restetur non simpliciter Paulum Tharsensem loqui, sed in Paulo ipsum Christum & Deum patrem legantem. Hinc Roman. ii. inquit Paulus  
Quam

Quam diu sum gentium Apostolus, ministerium meū glorificabo. Conuenit itaq; exemplo Pauli, vt quisq; docendi munus subiturus de vocatione sua certus sit. Item vt auditores cuiusq; docētis vocationem certam esse noscant.

*Non ab hominibus.*

Quemadmodum hi faciunt, interprete Luthero, qui nulla publica autoritate, sed humanis tantum affectibus sese in ministeria ingerunt. Sed Brentius simpliciter intelligit, nō ab hominibus, scilicet non à 12. Apostolis, vt Pseudapostoli.

*Neq; per hominem.*

Vt hi qui diuina vocatione, sed mediata, per hominem vocantur, Interprete Luthero. Verum Brentius sic explicat, neq; per hominem, scilicet Christum adhuc humanam vitam agentem in terris, sicut duodecim Apostoli ab ipso CHRISTO vocati sunt immediate, vt sit sensus, nō sum talis Apostolus, quales sunt hi qui ab Apostolis missi sunt, neq; etiam talis qualis quisq; 12. Apostolorū est, qui ab ipso Christo quidem vocati sunt, sed morituro. Ego vero vocatus sum à Christo resuscitato et sedente iam ad dextram patris sui. Falsum itaq; concludit esse quod Pseudapostoli dixerunt, Paulum non esse legitime vocatum

F vel

vel à Christo immediatè, vel ab Apostolis mediatè, sed suo se consilio intrufisse in hoc ministerium. Et notandum est ex hoc loco, vocationem ministrorum duplicem esse, immediatam à Deo, & mediatam ab hominibus: immediatè primùm vocati sunt Prophetæ. Deinde Apostoli & Paulus. Mediatè vero vocati sunt ab Apostolis missi & subordinati, vt Titus & Timotheus à Paulo &c. Vocantur & hodie mediatè quotquot à magistratu, seu penes quem ius vocandi est, legitimè vocantur.

*Sed per Iesum Christum.*

Sicut Actor. 9. legitur. Addit autem hoc, vt significet Christum nō tantum hominè esse, sed & verum Deum. Licet enim Christus verè & homo & Deus erat, adhuc in terris viuens, tamen Paulus vbiq; resurrectione Christi vtitur pro firmissimo argumento, quo Christum Deum esse comprobat. Sic & Rom. 1. inquit, Declaratus est filius Dei, ex hoc, quòd resurrexit à mortuis.

*Ac Deum patrem.*

Coniungit vocationis suæ authores Christum & Patrem, vt sciamus quorum legatione fungantur: cum itaque Paulus fungitur legatione Christi & Dei patris, merito certè audiendus, sicut Christus de reliquis

reliquis Apostolis pronunciauit, Mat. 10. Qui vos audit, me audit. Qui vero doctrinæ Pauli de gratuita iustitia Dei in Christo resistunt, & Christo & Deo patri resistunt. Obseruandus quoque est ordo verborum, primo vocationis suæ autorē asserit Christum filium Dei. Deinde etiā ipsum Deum patrem, vt ostendat veram rationem veniendi ad Patrem, id est, ad vitā æternam, scilicet per Christum, Ioan. 14. Ergo non per vires proprias, nullo nostro libero arbitrio, non per legem, non per legis opera, non per operum merita, vt statim in initio perstringat Pseudapostolos, qui docebant legis obseruationem esse necessariam ad salutem.

*Qui suscitauit illum à mortuis.*

Ratio est ex causa finali consequendæ salutis, quia in hoc Deus pater filium suum pro peccatis totius mundi mortuum à mortuis suscitauit, vt esset iustitia nostra, Rom. 4. Qui tradidit seipsum pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustitiam nostram. Hæc igitur victoria Christi, est victoria legis, peccati, carnis nostræ, mundi, Diaboli, mortis, & omnium malorum. Cuius virtute credentes liberantur à maledictione legis, peccati, carnis propriæ, Diaboli & mortis, vincētes hac fide mundum & omnia mala. Quemadmodū Rom.

F 4 8. Paulus

## 84 ENARRATIO BREVIS ET

8. Paulus inquit, Quis condemnet, Christus est qui mortuus est, imò qui & suscitatus est, qui est ad dextram Dei, & intercedit pro nobis.

*Et omnes mecum fratres.*

Licet multitudo non parit errori patrocinium, iuxta regulam Dini Jurisconsulti, tamen sæpe veritati addit pondus auctoritatis, confirmat igitur auctoritatem doctrinæ suæ cõtra Pseudapostolos: (quæ dicebant Paulum sic solum sentire: ) ex consensu multorum, & testimonio. Et notandum quòd cum de sua persona loquitur, fratres appellat, sed pro gloria Dei nemini cedere vult, iuxta illud Philip. 4. Noui humilis esse, noui & excellere.

*Ecclesijs Galatiæ.*

Scilicet totius prouinciæ, & notandum ecclesias vocari à Paulo, quæ tamen errore fidei periclitantur, vel propter eos qui adhuc crediderunt in Iesum, vel propter ministerium Euangelij ac Sacramentorum nondum prorsus immutatum, *συνοδικῶς*, scilicet quæ figura frequentissima est in sacris literis. Sic & hodie Papiæ vocari possunt ecclesiæ, propter verbum Bibliæ & vsum aliquem Sacramentorum. Hactenus ἐπιγραφῆς, sequitur iam salutatio.

*Gratia*



*Gratia uobis & pax.*

Gratia in sacris literis & Paulinis epistolis, significat fauorem Dei, & ex eodem fauore remissionem peccatorum, pax uero, conscientiae tranquillitatem & gaudium significat. Optat igitur Paulus Galathis gratiam, remissionem peccatorum & pacem: effectum eius remissionis peccatorum, tranquillam scilicet conscientiam, ut Paulus Romanis scilicet scribens affirmat: Iustificati fide pacem habemus coram Deo. Duo autem haec, peccatum & conscientia mala maxime sollicitant homines. Igitur Paulus in communi ostendit remedia, ut qui uolet liberari a peccato, confidat gratiae Dei in Christo, & qui pacatam conscientiam sibi exoptat, expectet eam ex fidei & remissionis peccatorum, seu gratiae effectum. Non igitur liberantur homines a peccatis eorum confidentia propriae iustitiae, aut legis, aut liberi arbitrii, aut operum, aut meritorum, sed sola Dei gratia. Item nec pax cum Deo ulla speranda propter uel propriam iustitiam, uel legem, uel liberum arbitrium, uel opera, uel operum merita, sed ex solo Deo, qui credentium conscientias quietat coelesti pace, hoc est remissione peccatorum, spiritus sancto & uita aeterna propter Christum & in Christo.

F 3

*A Deo*

## 86 ENARRATIO BREVIS ET

*A Deo patre, & Domino nostro  
Iesu Christo.*

A quibus scilicet, & non aliunde hæc iam dicta beneficia & fide accipienda sunt, & firma spe expectanda. Coniungit autem Paulus Christum cum Deo patre, primo vt ostendat, Christum natura & vere Deum esse vnâ cum patre, siquidem impossibile est tanta bona hominibus dari à creatura & puro homine. Eodem argumento vtitur Christus, Ioannis. cum dicit: Quæcûq; pater facit, & filius facit &c. Deinde docet Deum patrem non nisi per filium dare hæc tanta bona. Tertio eadem coniunctione patris & filij abstrahit fideles à speculatione patris & maiestatis diuinæ, absq; & citra filium, vt cõstet regulæ Christi, Io. 14. Nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Inde ad Philippum inquit: Qui videt me, videt patrem, an nõ credis q; ego in patre sum, & pater in me est? Abstineant igitur fideles à speculatione & cõtemplatione diuinæ & incõprehensibilis maiestatis Dei, ne opprimantur à gloria, sed in filio discant quæ sit voluntas Dei patris, filij & Spiritus sancti, nepe vt omnis qui credat in filium, non pereat, sed habeat vitam æternam. Io. 3. & 17. Deniq; cum Paulus à Deo patre & filio optet Galathis gratiam & pacem, manifeste ostendit Euangelij ministerium hæc  
singulis.

singulis offerre, sed Deum patrē & filium esse datorem remissionis peccatorum, & tranquillæ conscientiæ prædestinatis & electis suis, hoc est, credentibus & fide accipientibus remissionem peccatorum, spiritum sanctum & vitam æternam propter Christum, cuius merito confidunt, sicut aliàs Roma. 9. & 11. fusius Paulus docet.

*Qui dedit semetipsum.*

Summa est Euangelij, qua significat omnia Leuitica sacrificia respexisse in hoc vnicum Christi sacrificium. Leuitica namque ciuilitate saltem coram populo expiarunt peccata, ne peccantes eijcerentur ex cœtu eius conuersationis. Sed Christus se ipsum pro nobis dedit, & peccata nostra verè coram Deo expiauit. Et quia Christus iam venit, & seipsum tradidit pro peccatis nostris, igitur legis Mosaicæ sacrificia abrogata sunt, nec necessaria sunt ad salutem, & per consequens, nullum peccatum expiatur coram Deo, vel lege, vel legum operibus, sed fiducia in Christum, qui tradidit se ipsum pro peccatis nostris. Impietas itaque est neglecto & abiecto Christo, salutem querere in iustitia legis operum, meritorum, seu virium nostrarum. Pietas autem est, & summa veræ religionis, fides in Iesum Christum, hoc est, fiducia meriti Christi, certo sibi polliceri remissionem peccatorum; Deum patrem morte filij sui

## 88 ENARRATIO BREVIS ET

Iesu Christi verè placatum esse, & iam quidam effectum patrem nostrum benignissimum, qui nobis faueat, remittat peccata & non imputet, donet Spiritum sanctum & vitam æternam: hic geminus est sensus horum verborum, qui Christus dedit semetipsum pro peccatis nostris, sicut & Io. Baptista Ioan. 1. non nisi Christum tollentem à nobis peccata mōstrat, cū inquit, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, hoc est, Ecce hoc vnicū sacrificium, ipsius namq; Christi, in ara crucis, quo verè expiantur peccata omnium coram Deo, qui fide se coniungunt in Christum, nec alibi nisi in Christo & propter Christum quærūt ac expectant salutem, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum ac vitam æternam. Et Ioan. 1. Ipse Christus est propiciatio nostra pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed & pro peccatis totius mundi, hoc est, omnium credentium. 1. ad Timot. 1. Certus sermo est & dignus, quē modis omnibus amplectamur, quod Christus Ihesus venit in hunc mundum vt saluos faceret peccatores: & Christus Ioan. 3. inquit: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Hæc & huiusmodi scripturæ testimonia requirūt fidem, qua apprehendamus hoc  
benefit

ERVVD. IN EPI. AD GALA. 89

beneficium ac nobis applicemus. Sicut E-  
saias dicit, Nisi credideritis, non intelligen-  
tis. Sed hic aliquandiu subsistendum erit,  
& considerandū quantum malum sit pec-  
catum promerens iram Dei & eternas pœ-  
nas, quod nullo alio modo nisi morte vni-  
geniti filij Dei expiari potuit. Tremēdum  
profecto, & stupendum spectaculum est,  
laceratio & amarissima mors filij Dei pro  
meis & tuis peccatis, quis non inde iram  
ingentem Dei patris colligeret aduersus  
peccatum generis humani, quæ tanto pre-  
cio, morte namq; vnigeniti filij Dei placari  
debit, quis non suspiciat inenarrabilem  
dilectionem Dei patris & filij aduersus ge-  
nus humanum, quod vt redimeretur, pa-  
ter filio suo proprio non pepercit, sed tra-  
didit illum pro nobis, Rom. 8. Filius au-  
tem Dei cum esset in forma Dei, non rabi-  
nam arbitratus est esse se equalem Deo, sed  
semetipsum exinaniuit, formam serui ac-  
cipiens, humilem prebuit semetipsum, fa-  
ctus obediens vsq; ad mortem, mortem  
autem crucis, Philip. 2. Vt igitur beneficia  
Dei patris, & Dei filij rectius cognosca-  
mus, cognita suspiciamus, ac nobis con-  
stanti fide applicemus, quo nostræ salutis  
per alienam iustitiam, Christi scilicet, non  
nostram consultum sit. Discamus opere  
precium est quid peccatum sit, quanta sit  
nostrarum virium nō modo imbecillitas.

F s sed

90 *ENARRATIO BREVIS ET*

sed verè impossibilitas & miseria. Item quid sit gratia, quid Christus, quid fides. Primum omnium autem considerandum est, cur David Regius Propheta in Psalmo 51. dixerit: Ecce, in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Primi namque parentes Adam & Eua, ad imaginem Dei & similitudinem eius conditi erant, & facti participes diuinæ sapientiæ, virtutis, veritatis, integritatis, innocentia ac iustitiæ. Verum in illa integritate & bonorum communionem non diu steterunt, sed per præcepti violationem, de non comedendo de fructu arboris scientiæ boni ac mali, à Deo se abalienauerunt, & simul à communionem omnium bonorum exciderunt, ac sese vnâ cum suis posteris omnibus, non modo humanarum calamitatum omnium, sed & æternæ iræ Dei, & æternarum poenarum reos fecerunt: adeo vt omnis horum posteritas non modo rea sit ex primorum parentum peccato deriuato in ipsam, sed etiam ex peccato proprio, quod cuius in nascitur, quod quisque circumfert in carne hac, dum viuit hic in terris. Ex hac omnis mali origine, siue historia, quâ Moses primo Geneseos libro diligenter conscripsit, veri Theologi sumunt peccati descriptionem, diuisionem & causas, hoc modo: Peccatum non tantum est reatus propter

pter Adæ lapsum, sed & defectus, incli-  
 natio & actio pugnans cum lege Dei dam-  
 nata à Deo, offendens Deum, & faciens  
 nos reos æternæ iræ & æternarum pœna-  
 rum, nisi facta fuerit remissio. Est autem  
 peccatum duplex, aliud originale, faciens  
 nos reos, tum propter Adæ lapsum, tum  
 propter propriam nostram immūditiam  
 nobiscum natam, Romanis 5. Quemad-  
 modum per vnum hominem peccatum  
 in mundum introijt, ac per peccatum  
 mors, sic & in omnes homines mors per-  
 uasit, quatenus omnes peccauimus, Ro-  
 manis 3. Omnes peccauerunt, & egent  
 gloria Dei, 1. Ioannis 1. Si dixerimus  
 quòd peccatum non habeamus, nos i-  
 pso fallimus, & veritas in nobis non est.  
 Aliud est actuale, faciens nos reos pro-  
 pter nostrum factum, de quo Ioannes 1.  
 3. sic ait: Qui facit peccatum, ex Diabo-  
 lo est: illud diuiditur in mortale, sine  
 pœnitentia, sine agnitione peccatorum,  
 sine contritione & fide, exemplo Sau-  
 li & Iudæ Ischariotæ. Aliud verò ve-  
 niale certa ex pœnitentia, cum agnosci-  
 tur peccatum, ira Dei & pœna æterna  
 peccatorum: sed fide, fiducia Christi acci-  
 pitur remissio peccatorum, exemplo Da-  
 uidis, Petri, & latronis in cruce, 1. Ioan-  
 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis  
 & iustus

92 ENARRATIO BREVIS ET

& iustus est vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Causæ verò efficientes originalis peccati fuerunt voluntas Diaboli, & persuadentis & impellentis, voluntas hominis consentientis persuasioni Diaboli, & auertentis se libera sua voluntate à Deo & Dei præcepto. Denique propagatio illius peccati in omnes posteros quotquot nati sunt ex Adam. Qualis enim ille erat post lapsum, tales etiã ex se procreauit posteros, peccatores scilicet, in peccatis conceptos & natos, itē reos æternæ iræ & æternorū suppliciorū, nisi facta fuerit remissio. Actualis item peccati causæ efficientes sunt àzafia illa, & in nos Adę posteros propagata inclinatio & concupiscentia ad malū in imbecilli carne nostra, item voluntas nostra consentiens, & voluntas Diaboli impellentis nos varijs modis. Vtriusq; verò tam originalis quàm actualis causæ materiales, ex qua nullæ sunt, quia est nomen accidentis, in qua vt mens, volūtas & cor, vbi heret peccatum in mente, caligo & ignorantia Dei & volūtatē suę, infirmusq; assensus verbi diuini. Vnde dubitatio & desperatio in voluntate, auersio à Deo ab eius voluntate & verbo, conuersio verò ad Diabolum persuasorem & impulsorem ad omnia mala, ad amorem nostri inordinatum, ad multiplicem & prauam inclinationem, concupiscentiam



piscētiā & ἀταξίαν omnium appetitio-  
 num. In corde autem est contumacia con-  
 tra Dei voluntatem & verbum, item con-  
 tra rectum mentis iudicium, circa quam  
 versatur peccatum, cōtra mādatum ac vo-  
 luntatem Dei, nec nō & contra rectū men-  
 tis iudicium. Causa formalis apparet ipsa  
 cum immunditia peccatorum, qua & con-  
 cepti sumus & nati, vt talia nāmque sine  
 opera, qualem hanc vitiatam per pecca-  
 tum originale naturam humanam esse no-  
 uimus, vt quemadmodum nec persona  
 placet Deo, sed rea iam facta est æternæ iræ  
 Dei, & reiecta in æternam condemnatio-  
 nē, ita nec opera huius placent Deo, quan-  
 tumuis magna & speciosa sint, sicut Chri-  
 stus ait: Arbor vitiosa non potest proferre  
 fructus bonos. Causas finales peccatorum  
 vix colligi posse rectè existimo, quando-  
 quidem solum creaturæ à Deo creatæ in fi-  
 nes & vsus certos conditæ sunt, peccatum  
 verò non est quiddam à Deo conditum,  
 sed est accersitum, & accidens malum, non  
 igitur propriè fines illi tribuendos esse pu-  
 to, sed si quis effectus, & ea quæ necessario  
 peccatum sequuntur, colligat exemplo  
 Pauli ad Rom. 5. 7. & 8. hæc necessario pec-  
 catum sequi, & ipsos peccatores manere  
 non dubitet, affirmare primò iram Dei  
 propter peccatum, secūdo destructionem  
 totius naturæ humanæ, siue mentem, siue  
 volun-

94 ENARRATIO BREVIS ET

voluntatem, siue cor hominis, & omnes  
hominum vires inspicias. Tertio tyranni-  
dem, sæuitiam, & dominium Diaboli in  
lapsam naturam humanam, quam misere  
& horribiliter captiuam tenet, cecitate  
obruit, ærumnis & calamitatibus excru-  
ciat, ac de peccatis in multo atrociora pec-  
cata impellit & coniicit. Quarto denique  
mors & æterna condemnatio. Ex hac pec-  
cati descriptione, diuisione, ac diligenti  
causarum commemoratione, facile appa-  
ret quanta sit nostrarum virium humana-  
rum, non modo imbecillitas, sed & vere  
impossibilitas & miseria, vt qui vix inho-  
nestis actionibus, externo modo præstan-  
dis, liberum obtinemus arbitrium, & qui-  
dem imperfecti sumus, vt Dido apud Vir-  
idem deplorat, Video meliora, probó-  
que, sed deteriora sequor. & Paul. Sentio  
aliam legem in membris meis repugnan-  
tem legi mentis mee. In spiritualibus vero  
& in internis præstandis actionibus, non  
modo captiuum habemus arbitrium, sed  
& prorsus nullum absque Dei spiritu,  
Rom. 8. Qui ducuntur spiritu Dei, hi filij  
Dei sunt: ergo absque spiritu Dei omnes  
filij iræ sumus, quotquot nascimur ex A-  
dam. Verum Moses in Genesi, postquam  
descripsit originem peccati tanquam cau-  
sam omnis mali, simul ostēdit, cum homo  
suis viribus se à peccati reatu & æterna  
morte

morte ac cōdemnatione liberare nequeat,  
 sed maneat mancipium Diaboli, quomo-  
 do liberetur à peccato, à potestate Diabo-  
 li, ab æterna morte & condemnatione,  
 nempe ex solius Dei gratia promissa, quæ  
 non nisi fide accipienda est, promissio  
 autem prima hæc est, Semen mulieris  
 ( quod est Christus ) conteret caput ser-  
 pentis, quam promissionem D. Ioannes  
 ita interpretatus est: Christus venit vt de-  
 struat opera Diaboli: hinc Paulus gratuito  
 nobis contingere gratiam in Christo, con-  
 tendit vbiq; in suis epistolis, Ephe. 2. Gra-  
 tia saluati estis per fidem, idq; non ex vo-  
 bis, Dei donum est, ne quis gloriatur, Ro-  
 ma. 4. Ideo ex fide iustificamur secundum  
 gratiam, vt sit firma promissio. Roman.  
 5. Vbi abundauit peccatum, superabun-  
 dauit gratia. Ex his itaq; constat, gratiam  
 nihil aliud esse quàm gratuitam remissio-  
 nem peccatorum, propter Christum fa-  
 ctum pro nobis victimam, Estq; nomen  
 gratiæ relatiuum, cuius fundamentum est  
 voluntas in Deo beneuola & misericors,  
 in tantum vt proprio filio suo non peper-  
 cerit, sed tradidit eum pro nobis, propter  
 cuius quoq; victimã credentibus in Chri-  
 stum misericors sit. Terminus autem est,  
 hanc voluntatem esse ordinatam, non nisi  
 ad credentem personam, Ioan. 3. Sic Deus  
 dilexit mundum, vt filium suum vnige-  
 nitum

nitum dederit mundo, vt omnis qui credat in eum non pereat, sed habeat vitam æternam, Rom. 5. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quòd cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit, 1. Ioan. 3. In hoc charitas est, nò quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, & misit filiũ suum propitiatorem pro peccatis nostris. Cognoscamus igitur huius promissionis & gratiæ diuinæ pignus, Christum namque filium Dei & virginis traditum & mortuum pro peccatis nostris, Esaiæ. 53. Et posuit Deus in eum peccata omniũ nostrum. Hunc intueamur nos miseri peccatores, quoties sentimus morsus serpentis, hoc est, quoties nostrum peccatum nos premit, quoties ira Dei & æterna condemnatio nos terret, nec desperemus, sed confugiamus certa fide ad hunc filium traditum & mortuum pro peccatis nostris. Sicut igitur æneum serpentem aspicientes in deserto à serpentibus icti ad mortem seruabantur, Nume. 11. Ita & nos à serpente Diabolo icti, intuentes fide Christum crucifixum & exaltatum in ara crucis, saluabimur & liberabimur à peccato & æterna condemnatione. Ioan. 3.

*FRANCOFVRTI AD MOEN-  
num, apud Nicolaum Bassæ.*

Fe 4136

ULB Halle


3


004 829 360



M.C.







BREVIS ET  
SERVATA ENARRATIO PRI-  
MÆ EPISTOLÆ PAULI  
APOSTOLI AD TIMO-  
theum Scripta.



HVIC ADIECTA SVNT  
SCHOLIA IN EPISTO-  
LAM EANDEM,

D. DAVIDIS CHYTRÆI,



FRANCOFORTI AD  
MOENVM.

ANNO M.D.LXIX.

